cie dei. Et iusti epulent & exultēt in ꝓspectu dei: & delectent in leti/cia. Cāte deo psalmū dicite no/mini ei⁹. iter facite ei q̄ ascendit su/per occasum: dñs nomē illi. Exul/tate i ꝓspectu ei⁹: turbabunt a fa/cie ei⁹ patris orphanoꝝ et iudicis viduarū. Deꝰ in loco sctō suo: deꝰ q̄ inhabitare facit vnꝰ moris i do/mo Qui educit vinctos in fortitu/dine: siūiter eos q̄ exasperāt q̄ ha/bitāt in sepulchris. Deꝰ cū egredi/eris in ꝓspectu ppli tui: cū ptrāsie/ris in desto. Terra mota ē etēm celi distillauerūt a facie dei synai: a facie dei isrl. Pluuiā volūtariā segregabis deꝰ hereditati tue & in/firmata est: tu vero pfecisti eam. Animalia tua habitabūt in ea: parasti i dulcedine tua pauperi ds. Dñs dabit verbū euāgelizātib⁹: vtute multa. Rex virtutū dilecti: dilecti & speciei dom⁹ diuidere spo/lia. Si dormiatis inē medios cle/ros pēne colūbe deargētate: & po/steriora dorsū eius in pallore auri. Cū discernit celestis reges super eaz nive dealbabūtur in selmon: mōs dei mons pinguis. Mōs co/agulat⁹ mōs pinguis: vt q̄d suspi/camini mōtes coagulatos. Mōs in q̄ beneplacitū est deo hitare in eo: etēm dñs hitabit in finē. Cur/rus dei decē milib⁹ multiplex mi/lia letantiū: dñs i eis in synai sctō. Ascēdisti in altū: cepisti captiui/tatē accepisti dona i hoīb⁹. Etēm nō credētes: inhitare dñm deum. Bñdict⁹ dñs die q̄tidie psperum iter faciet nob: ds salutariū nr̄oꝝ Deus nr̄ deꝰ salvos faciēdi: & dñi dñi exitus mortis. Verūtn̄ ds cō/friget capita inimicoꝝ suoꝝ: ver/ticē capilli pambulātiū in delictis suis. Dixit dñs ex basan ꝓuertaz: ꝓuertā in pfundū maris. Vt in/tinguat⁹ pes tuus in sanguie: lin/gua canū tuoꝝ ex inimicis ab ipo Viderūt ingressus tuos deus in/gressus dei mei regis mei: q̄ est in sctō. Preuenerūt pncipes ꝓiūcti psallātib⁹: in medio iuuētularuz tympanistriaz. In ecclesijs bñdi/cite deo: dño de fontibus isrl. Ibi beniamin adolescētulus: in men/tis excessu. Pncipes iuda duces eoꝝ: pncipes zabulon & principes neptalim. Māda ds vtuti tue: cō/firma hoc ds qđ opat⁹ es in nob. A tēplo tuo in hierlm: tibi offerēt re/ges mūera. Increpa feras arūdi/nis ꝓgregatio thauroꝝ in vaccis pplōz: vt excludāt eos q̄ pbati sūt argēto. Dissipa gētes q̄ bella vo/lūt: veniēt legati ex egypto: ethyo/pia p̄ueniet man⁹ eius ds. Re/gna terre cātate deo: psallite dño. Psallite deo q̄ ascēdit sup celū ce/li: ad orientē. Ecce dabit voci sue vocē virtutis: date gl̄iam deo sup isrl: magnificētia ei⁹ & vtus eius i nubib⁹. Mirabilis ds in sctis su/is: ds isrl ipe dabit virtutē & forti/tudinē plebi sue bñdict⁹ ds. Gl̄ia Alñ. In ecclesijs benedicite dño.

¶ Sequit̄ p totū annū qñ noct̄. cuz p̄ab⁹ seruatur p̄ter in aduē. et. yl. v.

Deꝰ vitā meā annūciaui tibi. Posuisti lachrymas meas i cōspectu tuo. Pat nr̄. ir̄. Ante laud. v. Fiat mia. vtš. p̄ter in aduen. et. ly.

Ad laud.quartis feris Sup ps. Miserere. Añ. Tibi soli peccaui dñe miserē mei. Scin

Et decet hȳn/ (de ps.lxiiij. nus ds in spon: ⁊ tibi red detur votū in hierlm. Ex audi orationē meā: ad te oīs caro veniet. Verba iniquor pualue/ rūt sup nos: ⁊ impietatib⁹ nostris tu ppiciaberis. Beat⁹ quē elegisti et assumpsisti: inhitabit in atriis tuis. Replebimur i bonis dom⁹ tue: scīm est templū tuū mirabile in eq̄tate. Exaudi nos ds salutaris noster: spes oīm finiū terre et in mari longe Preparās mōtes in vtute tua: accinct⁹ potētia q̄ cō turbas pfundū maris sonū fluctuū ei⁹. Turbabūtur gentes et timebūt q̄ habitant t̄minos a signis tuis: exitus matutini ⁊ vespe delectabis. Visitasti terrā ⁊ inebriasti eā: multiplicasti locupletare eā. Flumē dei repletū est aq̄s: parasti cibū illor⁹ qm̄ ita ē prepatio ei⁹. Rivos ei⁹ inebriās multiplica genimina ei⁹: in stillicidijs ei⁹ letabitur germinans. Benedices corone anni benignitatis tue: ⁊ cāpi tui replebunt vbertate. Pinguescent speciosa deserti: ⁊ exultatiōe colles accingētur. Induti sunt arietes ouiū ⁊ valles abūdabūt frumento: clamabūt etiā hymnū dicēt. Glia. Añ. Te decet hymn⁹ ds i spon. Seq̄ps. Deus ds meus. fol. vj. Añ. Labia mea laudabūt te in vita mea ds me⁹. ¶ Sequit canticū Anne. Regū. j. Cap. ij.

Exultauit cor meū in dño ⁊ exaltatū est cornu meū: in deo meo. Dilatatus ē os meū sup inimicos meos: q⁹ letata sum in salutari tuo Nō est sanct⁹ vt ē dñs: neq; enī ē alius extra te. ⁊ nō est fortis sicut deus noster. Nolite multiplicare loqui sublimia: gliantes Recedāt vetera de ore vro: q⁹ ds sciar dñs est: ⁊ ipi prepant cogitatiōes. Arcus fortiū superatus ē: ⁊ infirmi accincti sunt robore. Repleti prius pp panib⁹ se locauerūt: ⁊ famelici saturati sunt. Donec sterilis peperit plurimos: ⁊ q̄ multos habebat filios infirmata ē. Dñs mortificat ⁊ viuificat: deducit ad inferos ⁊ reducit Dñs pauperē facit ⁊ ditat: hūliat et sublimat. Susscitat de puluere egenū: ⁊ de sterc/ore eleuat pauperē Ut sedeat cū pncipib⁹: ⁊ soliū glie teneat. Dñi enī sūt cardines terre: ⁊ posuit super eos orbē. Pedes sctōr suor⁹ seruabit: ⁊ impi in tenebris cōticescēt: q⁹ nō in fortitudie sua roborabit vir. Dñm formidabunt aduersarij ei⁹: ⁊ sup ipsos in celis tonabit. Dñs iudicabit fines terre ⁊ dabit imperiū regi suo: ⁊ sublimabit cornu xpi sui. Glorīa. Añ. Exultauit cor meū i dño. Seq̄ps. Laudate dñm d ce. fo. vij. Añ. Celi celor⁹ laudate deū. ¶ Sequit

Nox ⁊ tenebre ⁊ (Hymnus. nubila ꝓfusa mundi ⁊ turbida lux intrat albescit polus xpus venit discedite. Caligo terre scinditur pcusso solis spiculo rebusq; iā color redit vultu nitentis spderis. Te xpe solū nouim⁹ te mente pura ⁊ simplici flendo ⁊ canendo

quesumus intẽde nostris sensib⁹. Sunt multa fucis illita que luce purgentur tua tu lux eop ꝑderis vultu sereno illumina. Deo pr̃i. ¶ Sequit Capm. Empti eñ estis. cũ ỽ. rc̃. vtꝫ. feria. ij. Super Benedc̃. Añ. Salutẽ ex inimicis nr̃is ⁊ de manu oĩm qui oderũt nos: libera nos dñe. Kyriel. cũ precibus rc̃. vt supra feria secunda.

Feria quinta ad matuti. qñ nocturnat. seruat Jnuitat. Adorem⁹ dñm. Qm̃ ipse fecit nos. ps̃. Venite exultemus. ¶ ps̃. lxviij.

Saluz me fac deus: qm̃ intrauerũt aque vsq; ad aiaz meam. Infixus sum i limo profundi: ⁊ non est substantia. Veni in altitudinẽ maris: ⁊ tempestas demersit me. Laborauí clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerũt oculi mei dũ spero in deũ meũ. Multiplicati sunt super capillos capitis mei: q̃ oderũt me gratis. Confortati sunt q̃ persecuti sunt me inimici mei iniuste: que nõ rapui tũc exoluebaz. Deꝰ tu scis insipientiã meaz: ⁊ delicta mea a te nõ sunt abscõdita. Non erubescãt in me q̃ expectant te domine: dñe virtutũ. Nõ confundãtur sup me: qui querũt te deꝰ isrl̃. Qm̃ propter te sustinui obprobriuz: operuit confusio faciẽ meã. Extraneꝰ factꝰ sum fratribꝰ meis: ⁊ peregrinus filijs matris mee. Quoniaz zelus domꝰ tue comedit me: ⁊ obprobria exprobrantiũ tibi ceciderũt sup me. Et operui i ieiunio aiaz meã: ⁊ factũ est in obprobriũ mihi. Et posui vestimentũ meũ cilicium: ⁊ factus sum illis in pabolaz. Aduersum me loquebãtur q̃ sedebãt in porta: ⁊ in me psallebãt qui bibebant vinũ. Ego vero orationẽ meã ad te dñe: tempus bñplaciti deꝰ. In multitudine misericordie tue exaudi me: in veritate salutis tue. Eripe me ỽ luto vt non infigar: libera me ab hijs qui oderũt me. ⁊ de pfundis aquarũ. Non me demergat tẽpestas aq̃: neq; absorbeat me pfundus neq; vrgeat sup me putꝰ os suũ. Exaudi me dñe qm̃ benigna est misericordia tua: scõm miltitudinẽ miserationũ tuaz respice in me. Et ne auertas faciẽ tuã a puero tuo: qm̃ tribulor velociter exaudi me. Intende aie mee ⁊ libera eã: propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperiũ meũ ⁊ cõfusionẽ meã: ⁊ reuerentiã meã. In ꝓspectu tuo sunt oẽs qui tribulãt me: improperium exꝑectauit cor meũ ⁊ miseriã. Et sustinui qui simul contristaretur ⁊ nõ fuit: ⁊ qui cõsolaretur ⁊ non inueni. Et dederunt in escam meã fel: ⁊ in siti mea potauerũt me aceto. Fiat mẽsa eorũ coram ipꝭs in laqueũ: ⁊ in retributiones ⁊ in scandalum. Obscurentur oculi eoz ne videãt: ⁊ dorsum eoz semp incurua. Effunde sup eos irã tuã: ⁊ furor ire tue cõprehẽdat eos. Fiat habitatio eorũ deserta: ⁊ in tabnaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quez tu percussisti persecuti sunt: ⁊ super dolorem vulnerum meo/

rum addiderũt Appone iniquitatẽ sup iniquitatẽ eor: ⁊ nõ intrẽt in iusticiã tuã. Deleant de libro viuentũ: ⁊ cũ iustis nõ scribant. Ego sũ paup ⁊ dolẽs: salus tua ds suscepit me. Laudabo nomẽ dei cũ cantico: ⁊ magnificabo eũ in laude. Et placebit do sup vitulum nouellũ: cornua pducentẽ ⁊ vngulas. Videãt pauperes ⁊ letẽtur: querite deũ et viuet aĩa vra. Qm exaudiuit pauperes dns: et vinctos suos non despexit. Laudẽt illũ celi ⁊ terra: mare ⁊ oĩa reptilia ĩ eis. Qm ds saluã faciet sion: et edificabunt ciuitates iude. Et inhabitabũt ibi: ⁊ hereditate acqrent eã. Et semẽ seruor eius possidebit eã: ⁊ qui diligũt nomẽ ei habitabũt in ea. ℣ps. lxix.

Deus in adiutoriũ meũ intẽde: dñe ad adiuuandũ me festina. Confundant ⁊ reuereant: q̃ querũt aĩam meã. Auertãtur retrorsum ⁊ erubescãt: q̃ volunt mihi mala. Auertant statim erubescẽtes: q̃ dicũt mihi euge euge. Exultent ⁊ letent in te oẽs q̃ querũt te. ⁊ dicãt semp magnificetur dns: qui diligunt salutare tuum. Ego vero egen ⁊ paup sum: deus adiuua me Adiutor meus ⁊ liberator meus es tu: dñe ne moreris. Gloria. Aũ. Dñe deus in adiutoriũ meũ intende. ℣ps. lxx.

In te dñe spaui nõ confundar ĩ eternũ: in iusticia tua libera me ⁊ eripe me. Inclina ad me aurẽ tuã: ⁊ salua me. Esto mihi ĩ deum protectorẽ ⁊ in locũ munitũ: ut saluũ me facias. Qm firmamentũ meũ: ⁊ refugiũ meũ es tu. Deus meus eripe me d manu pctõris: ⁊ de mãu extra legẽ agẽtis ⁊ iniq̃. Qm tu es patiẽtia mea dñe: dñe spes mea a iuuentute mea. In te firmat sum ex vtero: de ventre mris mee tu es protector meus. In te cantatio mea sp: tanq̃ prodigiũ factus sum multis ⁊ tu adiutor fortis. Repleat os meũ laude vt cãtẽ glaz tuã: tota die magnitudinẽ tuã. Ne proicias me ĩ tpe senectutis: cũ defecerit virtus mea ne derelinq̃s me. Quia dixerunt inimici mei mihi: ⁊ q̃ custodiebãt aiaz meam consiliũ fecerũt in vnũ. Dicentes ds dereliqt eum: persequimini ⁊ cõprehendite eum: qr nõ est q̃ eripiat. Deus ne elongeris a me: ds meus ĩ auxiliũ meũ respice. Confundãtur ⁊ deficiãt detrahẽtes aie mee: operiant cõfusione ⁊ pudore q̃ querũt mala mihi. Ego aũt sp sperabo: ⁊ adiciã sup oẽm laudẽ tuaz. Os meũ annũciabit iusticiã tuã: tota die salutare tuũ. Qm nõ cognoui lrãturaz introibo in potencias dñi: dñe mẽorabor iusticie tue solius. Deus docuisti me ex iuuentute mea: ⁊ vsq̃z nũc pnunciabo mirabilia tua Et vsq̃z in senectã ⁊ senũ: ds ne derelinquas me. Donec annunciẽ brachiũ tuũ: generationi oĩ que vẽtura est. Potentiã tuã ⁊ iusticiã tuã ds vsq̃z in altissima que fecisti magnalia: deus qs silis tibi. Quantas ostendisti mihi tribulatões mltas ⁊ malas: ⁊ conuersus vinificasti me ⁊ d abyssis terre iterũ reduxisti me. Multiplicasti magnificentiã tuã: ⁊ cõ-

uersus ꝓsolat⁹ es me. Nã ℣ ego ꝓfitebor tibi in vasis psalmi veritatẽ tuã ds: psallã tibi in cythara sanct⁹ isrl. Exultabũt labia mea cũ cantauero tibi: ℣ aĩa mea quã redemisti. Sed ℣ lingua mea tota die meditabit iustitiã tuã: cum ꝓfusi ℣ reueriti fuerint q̃ querũt mala mihi. ¶ps.lxxj.

Deus iudiciũ tuũ regi da: et iustitiã tuã filio regis. Iudicare pplm tuũ in iustitia: ℣ paupes tuos in iudicio. Suscipiãt montes pacẽ ppl̃o: ℣ colles iustitiã. Iudicabit paupes ppli et saluos faciet filios pauper̃: ℣ hũiliabit calũniatorẽ. Et ꝑmanebut cũ sole ℣ ante lunã: in generatione ℣ generationẽ. Descẽdet sicut pluuia in vellus: ℣ sicut stillicidia stillantia super terrã. Orietur in dieb⁹ eius iustitia ℣ abũdantia pacis: donec auferat̃ luna. Et dñabit̃ a mari vsq; ad mare: ℣ a flumine vsq; ad terminos orbis terrar̃. Coram illo ꝓcidẽt ethyopes: ℣ inimici ei⁹ terrã lingẽt. Reges tharsis ℣ insule mũera offerẽt: reges arabũ et saba dona adducẽt. Et adorabũt eũ oẽs reges: oẽs gẽtes seruient ei. Quia liberabit pauperẽ a potẽte: ℣ pauperẽ cui non erat adiutor. Parcet paupi ℣ inopi: ℣ animas pauper̃ saluas faciet Ex vsuris ℣ iniq̃tate redimet aĩas eor̃: ℣ honorabile nom̃ eor̃ coram illo. Et viuet ℣ dabit̃ ei de auro arabie: ℣ adorabũt ds ipo sp tota die bñdicẽt ei. Erit firmamentũ in tra in summis montiũ superexaltabit̃ sup libanũ fructꝰ ei⁹: ℣ florebũt d ciuitate sicut fenũ tre. Sit nomẽ ei⁹ bñdictũ in scla: ante solẽ ꝑmanet nom̃ ei⁹. Et bñdicent̃ in ipso oẽs tribꝰ tre: oẽs gẽtes magnificabũt eum. Bñdict⁹ dñs ds isrl: q̃ facit mirabilia solus. Et bñdictũ nomẽ maiestatis ei⁹ in ẽternum: ℣ replebit̃ maiestate ei⁹ oĩs tra fiat fiat. Gloria Añ. Esto mihi dñe in deũ ꝓtectoꝛ ¶ps.lxxij. (rẽ.

Qui rectus ds: his q̃ recto sũt corde. Mei aũt pene moti sũt pedes: pene effusi sũt gressus mei. Quia zelaui sup iniq̃s: pacẽ pctor̃ vidẽs. Quia nõ est respect⁹ morti eor̃: ℣ firmamentũ in plaga eor̃. In labore hoĩm nõ sũt: ℣ cũ hoĩbus nõ flagellabunt̃. Ideo tenuit eos sup bia: operti sũt iniquitate ℣ ipietate sua. Prodiit q̃si ex adipe iniq̃tas eor̃: trãsierũt in affectũ cordis. Cogitauerũt ℣ locuti sũt nequiciã: iniquitatẽ in excelso locuti sũt. Posuerũt in celũ os suũ: ℣ lingua eorũ trãsiuit in tra. Ideo ꝓuertet̃ populus me⁹ hc: ℣ dies pleni inuenientur in eis Et dixerũt quõ scit ds: ℣ si est scia in excelso. Ecce ipi pctõres: ℣ abũdantes in scło obtinuerũt diuitias. Et dixi g̃ sine causa iustificaui cor meũ: ℣ laui inr̃ inocẽtes manꝰ meas. Et fui flagellatꝰ tota die: ℣ castigatio mea in matutinis. Si dicebã narrabo sic: ecce natiões filior̃ tuor̃ reprobaui. Existimabaz vt cogñscerẽ: hꝰ labor est añ me. Donec intrẽ in sanctuariũ dei: ℣ intelligã in nouissimis eor̃. Verũtñ ꝓpt̃ dolos posuisti eis: deiecisti eos dũ alleuarẽt. Quõ facti sũt in desolatiões: subito defecerũt perierũt ꝓpter iniquitatem suam Velut somniũ surgentiũ domie

in ciuitate tua: imaginē ipsorum ad nihilū rediges. Quia inflammatū est cor meū et renes mei cōmutati sunt: ⁊ ego ad uihilū redactus sum et nesciui. Ut iumentū factus sum apūd te: ⁊ ego semp tecū. Tenuisti manū dexterā meam ⁊ in voluntate tua deduxisti me: ⁊ cum gloria suscepisti me. Quid eīm mihi est in celo: ⁊ a te quid volui sup terrā. Defecit caro mea et cor meū deꝰ cordis mei: ⁊ ps mea deꝰ ieternū. Quia ecce qꝫ elongātse a te peribūt: perdidisti oēs qꝫ fornicantur abs te. Mihi aūt adherere deo bonū est: ponere in dño deo spem meam. Ut annūciē omnes predicatōnes tuas: in portis filie spon. ¶ Ps. lxxiij.

Vt quid deꝰ repulisti in finez: iratus est furor tuꝰ sup oues pascue tue. Memor esto congregationis tue: quam possedisti ab initio Redemisti virgaz virtutis tue: mons spon in quo habitasti in eo Leua manꝰ tuas in superbias eorū in finē: quāta malignat⁹ est in inimicus in sctō. Et gloriati sunt qꝫ oderunt te: in medio solennitatis tue. Posuerūt signa sua signa: ⁊ nō cognouerūt sicut in exitu super summū Quasi in silua ligno rū securib⁹ erciderūt ianuas eiꝰ in idipm: in securi ⁊ ascia deiecerūt eā. Incenderūt igni sanctuariū tuū in terra: polluerūt tabnaculū nominis tui. Dixerūt in corde suo cognatio eorū sil': quiescere faciam⁹ oēs dies festos dei a terra. Signa nr̄a nō vidim⁹ iam nō est pphā: ⁊ nos non cognoscet amplius. Usqꝫquo ds improperabit inimicus: irritat aduersarius nomē tuū in finē. Ut quid auertis manū tuā ⁊ dexterā tuā: de medio sinu tuo in finē. Deꝰ aūt rex nr̄ ante scla: operatus ē salutez in medio terre. Tu confirmasti i virtute tua mare: contribulasti capita draconū in aquis. Tu confregisti capita draconis: dedisti eū escam pplis ethyopum. Tu dirupisti fontes ⁊ torrentes: tu siccasti fluuios ethan. Tua est dies ⁊ tua ē nox: tu fabricatus es auroꝛā ⁊ solem. Tu fecisti oēs termios terre: estatē ⁊ ver tu plasmasti ea. Memor esto huiꝰ inimicus improperauit dño: ⁊ populus insipiēs incitauit nomē tuum. Ne tradas bestijs aias confitentiū tibi: ⁊ aias pauperū tuorū ne obliuiscaris in finē. Respice in testamentū tuum: qꝫ repleti sunt q obscurati sunt terre domibus iniquitatū. Ne auertat⁹ humilis factꝰ confusus paup ⁊ inops: laudabūt nomē tuū. Exurge deꝰ iudica causaz tuā: mēor esto iproperioꝛ tuoꝛ qꝫ ab insipiēte sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicoꝛ tuoꝛ: superbia eoꝛ qꝫ te oderūt ascendit semp. Glia. ℣. Lib. Liberasti virgā hereditatis tue.

Confitebimur ¶ Ps. lxxiiij.

Tibi ds confitebimur: ⁊ inuocabim⁹ nomē tuū. Narrabim⁹ mirabilia tua: cū accepo tps ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra et omnes qui habitāt in ea: ego confirmaui columnas eius. Dixi iniqs nolite inique agere: ⁊ delinqntib⁹ nolite exaltare cornu

Nolite extollere in altū cornu ve
strū: nolite loqui aduersus deum
iniquitatē. Quia neq; ab oriente
neq; ab occidēte. neq; a desertis mō
tib?: qm̄ ds iudex est. Hūc hūiliat
& hūc exaltat: q; calix in manu do/
mini vini meri plen? mixto. Et ī/
clinauit ex hꝫ in hoc verūtn̄ fex ei?
nō est exinanita: bibēt oēs pecca/
tores terre. Ego aūt annūciabo
in sclm: cātabo deo iacob. Et oīa
cornua pctōr? confringā: & exaltabū
tur cornua iusti. ¶ps.lxxv.

Notus in iudea de?: in israel
magnū nomē ei? Et factus
est ī pace locus ei?: & habitatio ei?
in spon. Ibi confregit potētias: ar/
cum scutū gladiū & bellū. Illumi
nās tu mirabiliter a mōtib? eter/
nis: turbati sunt omēs insipiētes
corde. Dormierūt somnū suum: &
nihil inuenerūt oēs viri diuitiar?
in manib? suis. Ab increpatiōe
tua ds iacob: dormitauerūt q; ascē/
derunt equos. Tu terribilis es &
q̄s resistet tibi: ex tūc ira tua. De
celo auditū fecisti iudicium: terra
tremuit & quieuit. Cū exurgeret
ī iudicio de?: vt saluos faceret oēs
māsuetos tre. Qm̄ cogitatio ho/
minis cōfitebitur tibi: & reliq̄e co
gitatiōis diē festū agent tibi. Vo
nete et reddite dño deo vr̄o: oēs q̄
in circuitu eius affertis munera.
Terribili et ei q̄ aufert spīm prīn/
cipū: terribili apud reges terre.
Glia. ℣Ant. Et inuocabim? nom̄

Voce ¶ps.lxxvj (tuū dñe.
v mea ad dñm clamaui: voce
mea ad deū & intēdit mihi. In die
tribulatiōis mee deū exq̄siui ma/
nib? meis: nocte ctra eū & nō sum
decept?. Rēnuit cōsolari anima
mea memor fui dei et delectatus
sum: et exercitatus sum et defecit
spūs me?. Anticipauerūt vigili/
as oculi mei: turbat? sum & non
sum locut?. Cogitaui dies antiq̄s:
et annos eternos in mēte habui.
Et meditat? sum nocte cum corde
meo: et exercitabar & scopebā spi
ritū meū. Nūquid ineternū prōj/
ciet ds: aut nō apponet vt cōplacī/
tior sit adhuc. Aut ī finē miscōias
suā abscidet: a generatione in ge
neratiōem. Aut obliuiscet miserc/
ri ds: aut ctinebit in ira sua mise/
ricordias suas. Et dixi nūc cepi: hꝫ
mutatio dextere excelsi. Memor
fui operū dñi: q; memor ero ab ini
tio mirabiliū tuor. Et meditabor
in oībus opib? tuis: & in adinuen
tionib? tuis exercebor. Deus in san
cto via tua q̄s deus magn? sicut ds
noster: tu es ds q̄ facis mirabilia
Notā fecisti in pplīs virtutē tuā:
redemisti in brachio tuo pplm tu/
um filios iacob & ioseph. Viderūt
te aque ds viderūt te aque & timue
rūt: et turbati sunt abyssi. Multi/
tudo sonit? aq̄r: vocē dederūt nu
bes. Etenim sagitte tue trāseunt:
vox tonitrui tui in rota. Illuxerūt
chorusc̄atiōes tue orbi tre: cōmo
ta ē & ctremuit tra. In mari via
tua & semite tue ī aq̄s multis: & ve/
stigia tua nō cognoscent. Deduxisti
sicut oues pplm tuū: ī manu moy

si et aaron. ¶ps.lxxvij.

Attendite populus meus legē
meam: inclinate aurem vestram
in vba oris mei. Aperiā in para

lis os meū: loquar ꝓpositiões ab initio. Quāta audiuim⁹ ⁊ cognouim⁹ ea: ⁊ patres nr̄i narrauer̄t nob. Nō sunt occultata a filijs eorū: in generatiõe altera. Narrātes laudes dñi ⁊ virtutes ei⁹: ⁊ mirabilia ei⁹ que fecit. Et suscitauit testimoniū in iacob: et legē posuit in isrl. Quāta mādauit pribus nr̄is nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera Filij q̄ nascent̄ ⁊ exurgēt: ⁊ narrabunt filijs suis. Vt ponāt in deo spem suā: ⁊ nō obliuiscant̄ operū dei: ⁊ mādata ei⁹ exquirāt. Ne fiant sicut pr̄es eor̄: generatio prava et exasperās. Generatio q̄ nō direxit cor suū: ⁊ nō est credit⁹ cū do spiritus ei⁹. Filij efrem intendentes ⁊ mittētes arcū: conuersi sunt in die belli. Nō custodierūt testamētū dei: ⁊ in lege ei⁹ noluer̄t ambulare. Et obliti sunt bñfactor̄ ei⁹: ⁊ mirabiliū q̄ oñdit eis. Coram patrib⁹ eor̄ fecit mirabilia in terra egypti: in cāpo thaneos. Interrupit mare ⁊ perduxit eos: ⁊ statuit aq̄s quasi in utre. Et deduxit eos in nube diei: ⁊ tota nocte in illūiatione ignis. Interrupit petrā in heremo: ⁊ adaq̄uit eos velut i abysso multa. Et eduxit aquā de petra: ⁊ deduxit tanq̄ flumina aq̄s Et apposuerūt adhuc peccare ei: in irā exacerbauerūt excelsū in inaq̄so. Et tēptauerūt deū in cordib⁹ suis: vt peterēt escas aiabus suis Et male locuti sunt de deo: dixer̄t numq̄d poterit ds parare mēsam in deserto Qm̄ percussit petrā ⁊ fluxerūt aque: ⁊ torrētes inundauerūt Numq̄d ⁊ panē poterit dare: aut parare mēsaz pl'o suo. Ideo audiuit dñs ⁊ distulit. ⁊ ignis accensus ē in iacob: et ira ascēdit in isrl. Quia nō crediderūt i deo: nec speraverūt in salutari ei⁹. Et mādauit nubib⁹ desup: ⁊ ianuas celi aperuit. Et pluit ill' māna ad mādūcādū: ⁊ panē celi dedit eis Panē angelor̄ māducauit hō: cibaria misit eis in abundantia. Trāstulit austrū d celo: ⁊ induxit in virtute sua affricū. Et pluit sup eos sicut puluerē carnes: ⁊ sicut arenā maris volatilia pēnata Et ceciderūt in medio castror̄ eor̄: circa tabnacula eor̄. Et mādūcauerūt ⁊ saturati sunt nimis ⁊ desiderīū eor̄ attulit eis: nō sūt fraudati a desiderio suo. Adhuc esce eor̄ erāt in ore ip̄or̄: ⁊ ira dei ascendit sup eos. Et occidit pingues eor̄: ⁊ electos isrl impediuit. In oībus his peccauerūt adhuc: ⁊ nō crediderūt in mirabilib⁹ ei⁹. Et defecerunt in vanitate dies eor̄: ⁊ anni eor̄ cū festinatione. Cū occideret eos q̄rebāt eū: ⁊ reuertebant̄ ⁊ diluculo veniebāt ad eū. Et remēorati sunt q⁹ ds adiutor ē eor̄: ⁊ deus excelsus redēptor eor̄ ē. Et dilexerūt eū in ore suo: ⁊ lingua sua mētiti sunt ei Cor aūt eor̄ nō erat rectū cū eo: nec fideles hīti sunt in testamēto ei⁹. Ipe aūt ē misericors ⁊ ꝓpiti⁹ fiet pctis eor̄: ⁊ nō dispdet eos Et abūdauit vt auerterit irā suā: ⁊ nō accēdit oēm irā suaz. Et recordatus est q⁹ caro sunt: spiritus vadens ⁊ non rediens. Quotiēs exacerbauerunt eū in deserto: in

ram ꝓcitauerũt eũ in inaquoso. Et ꝙuersi sunt ⁊ tẽptauerũt deũ: et sctm̃ isrl exacerbauerũt. Non sunt recordati manus ei⁹ die q̃ redemit eos: de manu tribulantis. Sicut posuit in egypto sig̃ sua: ⁊ ꝓdigia sua in cãpo thaneos. Et ꝙuertit in sanguinẽ flumia eoꝝ: ⁊ imbres eoꝝ ne biberẽt. Misit in eos cynomiã ⁊ comedit eos: ⁊ rana ⁊ dispdidit eos. Et dedit erugini fruct⁹ eoꝝ: ⁊ labores eoꝝ locuste. Et occidit in grãdine vineas eoꝝ: ⁊ moros eorũ in pruina. Et tradidit grãdini iumenta eoꝝ: et possessionẽ eoꝝ igni. Misit in eos irã indignatiõis sue: indignationẽ ⁊ irã ⁊ tribulatiõez: ĩmissionez ꝑ angelos malos. Viã fecit semite ire sue ⁊ nõ pepcit a morte aiabus eoꝝ: ⁊ iumẽta eoꝝ i morte cõclusit. Et pcussit oĩe pmogenitũ in terra egypti: pmitias oĩs laboris eoꝝ in tabnaclis cham. Et abstulit sicut oues plm̃ suũ: ⁊ pduxit eos tanq̃ gregẽ in deserto. Et eduxit eos i spe ⁊ nõ timuerũt: ⁊ inimicos eoꝝ opuit mare Et induxit eos in montem sctificatiõis sue: montez quẽ acq̃siuit dextera eius. Et eiecit a facie eoꝝ gẽtes ⁊ sorte diuisit eis terram: in funiculo distributiõis. Et hĩtare fecit in tabnaculis eoꝝ: trib⁹ isrl. Et tẽptauerũt ⁊ exacerbauerunt deũ excelsum: ⁊ testimonia ei⁹ nõ custodierũt Et auerterũt se ⁊ nõ seruauerũt pactũ: quẽadmodũ patres eoꝝ ꝙuersi sunt ĩ arcũ prauum. In irã ꝓcitauerũt eum in collib⁹ suis: ⁊ in sculptilib⁹ suis ad emulationẽ eum puocauerũt. Audiuit deus ⁊ spreuit: ⁊ ad nihilum redegit valde isrl. Et repulit tabnaculum silo: tabnaculum suũ vbi hĩtauit in hoĩbus. Et tradidit in captiuitatẽ vtutẽ eoꝝ: ⁊ pulchritudinem eoꝝ in man⁹ inimici. Et ꝙclusit ĩ gladio plm̃ suum: ⁊ hereditatẽ suã spreuit Iuuenes eoꝝ comedit ignis: ⁊ vgines eoꝝ nõ sunt lamẽtate. Sacerdotes eoꝝ in gladio ceciderũt: ⁊ vidue eoꝝ nõ plorabant. Et excitat⁹ est tanq̃ dormiẽs dom̃in⁹: tanq̃ potẽs crapulat⁹ a vino. Et pcussit inimicos suos ĩ posteriora: opprobriũ sempiternum dedit illis. Et repulit tabnaculum ioseph: ⁊ tribũ effraym nõ elegit. Sed elegit tribũ iuda: montẽ syon quẽ dilexit. Et edificauit sicut vnicornium sanctificiũ suũ: in terra quã fundauit in scla. Et elegit dauid seruũ suũ ⁊ sustulit eũ de gregibus ouiũ: de postfetãtes accepit eũ. Pascere iacob seruũ suũ: ⁊ isrl hereditatez suam. Et pauit eos in innocẽtia cordis sui: ⁊ in intellectib⁹ manuũ suarum deduxit eos. Glia. Añ. Inclinate aurez vãz i vba oris mei. ¶ Ps. lxxviij.

Deus venerũt gẽtes in hereditatẽ tuã: polluerũt tẽplum̃ sctm̃ tuũ posuerũt hierlm̃ i pomorũ custodiã. Posuerunt morticinia seruoꝝ tuoꝝ escas volatilibus celi: carnes sctoꝝ tuoꝝ bestijs terre Effuderũt sanguinẽ ipoꝝ tanq̃ aquã in circuitu hierlm̃: ⁊ non erat q̃ sepeliret. Facti sumus obprobrium vicinis nostris: subsannatio et derisio hijs qui in circu/

tu nostro sunt. Usq; quo dñe ira/
sceris in finē: accēdet velut ignis
zelus tuus. Effunde irā tuā in gē
tes que te nō nouerūt: ⁊ in regna
que nomē tuū non inuocauerūt.
Quia comederūt iacob: ⁊ locum
eius desolauerūt. Ne memineris
iniquitatū nostrarū antiquaruz.
cito anticipēt nos miserōie tue: qa
pauperes facti sum⁹ nimis. Ad/
iuua nos deus salutaris noster: ⁊
ꝓpter gloriā nominis tui dñe libera
nos: ⁊ ꝓpicius esto peccatis nostr⁹
ꝓpter nomē tuū. Ne forte dicant
in gentib⁹ vbi est de⁹ eoz: ⁊ inno/
tescant in nationib⁹ coram oculis no
stris. Ultio sanguinis seruoz tu/
orum qui effusus est: introeat in
ꝓspectu tuo gemit⁹ compeditoz.
Secōm magnitudinē brachij tui:
posside filios mortificatorum. Et
redde vicinis nostris septuplū in
sinu eoz: improperiū ipoz qō ex
pbrauerūt tibi dñe. Nos aūt po
pulus tuus ⁊ oues pascue tue: cō
fitebimur tibi in scīm In genera
tione ⁊ generationē: annunciabi
mus laudē tuam. ¶ps. lxxix.

Qui regis israel intende: qui
deducis velut ouem ioseph.
Qui sedes sup cherubin: manife
stare coram effraim bēiamin ⁊ ma/
nasse. Excita potentiā tuam ⁊ ve
ni: vt saluos facias nos. Deꝰ cō
uerte nos: ⁊ ostēde faciē tuā ⁊ sal/
ui erimus. Dñe deus virtutū ꝙ/
usq; irasceris: sup oratione⁹ serui
tui. Cibabis nos pane lachrymā
rū: ⁊ potū dabis nobis in lachry/
mis in mensura. Posuisti nos ī
ꝓtradictionē vicinis nostris: ⁊ in
imici nostri subsannauerūt nos.
Deus virtutū ꝓuerte nos: ⁊ ostē
de faciē tuam ⁊ salui erimus Ui
niam de egypto transtulisti eiecī/
sti gentes ⁊ plātasti eā Dux itine
ris fuisti ī ꝓspectu ei⁹ ⁊ plātasti ra
dices ei⁹: ⁊ īpleuit terrā. Operuit
mōtes umbra ei⁹: ⁊ arbusta ei⁹ ce
dros dei. Extendit palmites suos
usq; ad mare: ⁊ usq; ad flumen p
pagines ei⁹. Ut quid destruxisti
macerīā eius: ⁊ vindemiant eam
oēs qui prętergrediunt viā. Ex/
terminauit eā aper de silua: ⁊ sin
gularis ferus depast⁹ est eā. Deꝰ
virtutū ꝓuertere: respice de celo
⁊ vide ⁊ visita vineā istam. Et p/
fice eā quā plātauit dextera tua:
⁊ super filiu⁹ hois quē confirma/
sti tibi Incensa igni ⁊ suffossa: ab
increpatione vultus tui peribūt
Fiat manus tua sup virū dextere/
re tue: et sup filiū hominis quem
ꝓfirmasti tibi. Et non discedim⁹
a te vuiificabis nos: ⁊ nomē tuū
inuocabim⁹. Dñe deꝰ virtutum
ꝓuerte nos: ⁊ ostende faciē tuam
⁊ salui erim⁹. Gloria. Aīn. Ne
picius esto peccat⁹ nostris dñe Ly.
Gaudebūt labia mea cum canta
uero tibi. Et aīa mea quā redemi
sti. Pater noster ⁊c. Ante laud. vs.
Fiat mia tua. vts. ꝑter ī aduē. et ly.

Ad laud. quintis feri

is Sup ps. Miserē me. Aīn. Auer
te faciem tuā a peccatis meis dñe

Domine re ¶ps. lxxxix.
fugium factus es nobis:
a generatione in genera
tionem. Priusq; montes fierent

aut formaretur terra ⁊ orbis: a seculo ⁊ vsq; in seculum tu es deꝰ. Ne auertas homiem in humilitatē: et dixisti conuertimini filij hominū. Quoniā mille anni ante oculos tuos: tanq; dies hesterna que preterijt. Et custodia in nocte que p nihilo habentur: eor anni erunt. Mane sicut herba trāseat mane floreat ⁊ trāseat: vespere decidat induret ⁊ arescat Quia defecim⁹ in ira tua: et in furore tuo turbati sum⁹. Posuisti iniquitates nostras in ꝯspectu tuo: seculū nostr̄ in illuminatiōe vultus tui. Quoniā oēs dies nostri defecerūt: et in ira tua defecim⁹. Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annor nostror in ipis septuaginta anni. Si aūt in potentatibus octoginta anni: ⁊ amplius eor labor ⁊ dolor. Quōm supuenit mānsuetudo: ⁊ corripiemur. Quis nouit potestatē ire tue: ⁊ pre timore tuo iram tuā dinumerare. Dexterā tuā sic notā fac: et eruditos corde in sapiētia. Conuertē dñe vsq; ꝙ: ⁊ deprecabilis esto sup seruos tuos Repleti sum⁹ mane misericordia tua: et exultauimus ⁊ delectati sum⁹ i omnib⁹ diebus nostris. Letati sumus p diebus quib⁹ nos humiliasti: annis quib⁹ vidimus mala. Respice in seruos tuos ⁊ in opa tua: ⁊ dirige filios eor. Et sit splēdor dñi dei nostri sup nos. ⁊ opera manuū nostrarū dirige sup nos: et opus manuū nostrarū dirige. Gloria. Añ. Domine refugius factus es nobis Seinde ps. Deus deus meus. fo. vj. Añ. In matutinis domine meditabor in te.

¶ Sequitur canticū Moysi et filiorum israel. Exod. xv.

Cantemus dño gliose eñ magnificatus est: equū et ascensorē precipit in mare. Fortitudo mea et laus mea dñs: ⁊ factus est mihi in salutē. Iste deus meus ⁊ glorificabo eū: deus patris mei ⁊ exaltabo eum. Dñs quasi vir pugnator omnipotēs nomē ei⁹: currus pharaonis et exercitus ei⁹ proiecit in mare Electi principes eius submersi sunt i mari rubro: abyssi operuerūt eos. descenderūt in profundū quasi lapis Dextera tua dñe magnificata est in fortitudine. dextera tua dñe percussit inimicum: ⁊ in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos. Misisti iram tuam que deuorauit eos sicut stipulam: et in spiritu furoris tui cōgregate sunt aque. Stetit vnda fluens: congregati sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus persequar et comprehendā diuidam spolia: implebitur anima mea. Euaginabo gladiū meū: interficiet eos manus mea. Flauit spiritus tuus. et operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbus in aquis vehemētibus. Quis similis tui in fortibus domine quis similis tui: magnificus in sanctitate terribilis atq; laudabilis ⁊ faciens mirabilia. Extendisti manum tuam; et deuorauit eos terra: dux fuisti in misericordia tua populo tuo quem redemisti. Et portasti eum i fortitudine tua: ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderũt populi et irati sunt: dolores obtinuerũt habitatores philistiim. Tũc ꝯturbati sunt ꝑn cipes edom: robustos moab obti nuit tremor: obriguerũt oẽs ha/ bitatores chanaan Irruat super eos formido ⁊ pauor: in magnitu dine brachij tui Fiãt immobiles q̃si lapis donec ꝑtrãseat ꝑplus tu us dñe: donec ꝑtranseat ꝑplus tu us iste quẽ possedisti Introduces et plantabis in mõte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo qđ opatus es dñe. Sanctuariũ tuũ dñe qđ firmauerũt manꝰ tue: do/ minꝰ regnabit ineternuꝫ ⁊ vltra. Ingressus ẽ eĩ pharao cũ curri bus ⁊ equitibꝰ eius in mare: ⁊ re/ duxit sup eos dñs aquas maris. Filij aũt isrl ambulauerũt: ꝑ sic/ cum in medio eiꝰ. Gloria. Añ. In eternũ dñs regnabit ⁊ vltra. Sẽ de ps. Laudate dñm de celꝰ. fo. vij. Añ. Cantate dño canticũ nouũ

Vbrecce ¶ Sequit̃ hymnꝰ. surgit aurea pallẽs fatiscat cecitas q̃ nosmet in ꝓceps diu er/ rore traxit deuio. Nec lux serenũ ꝯferat puroſq; nos prestet sibi ni/ hil loquamur subdolu; voluamꝰ obscurũ nihil. Sic tota decurrat dies ne lingua mẽdax ne manus oculi ve peccẽt lubrici ne nox cor/ pus inquinet. Speculator astat desup qui nos dieb; oĩbus actuſ/ q; nostros ꝑspicit a luce prima in vesperũ. Deo pri. Capm. Empti eĩ esus. cum v. vrs. feria. ij. fo. vij. Sup Bened. Añ. Ad dandã sciam plebi tue dñe in remissionẽ pecca tor eor. Kpriel. xr. vs feria scda.

Feria sexta ad matu.

Inuit. Dñm q̃ fecit nos. Venite adorem⁹ ps. Venite. ¶ ps. lxxv.

Exultate deo ad iutori nostro: iubila/ te deo iacob Sumite psalmum ⁊ date tym panũ: psalteriũ iocundũ cũ citha ra. Buccinate ĩ neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestre. Quia ꝓceptũ in isrl est: ⁊ iudiciuꝫ deo iacob. Testimoniũ in ioseph posuit illud: cũ exiret de terra egp pti linguã quã nõ nouerat audi/ uit. Diuertit ab onerib; dorsum eiꝰ: manꝰ eius in cophino seruie/ rũt. In tribulatiõe inuocasti me ⁊ liberaui te. et exaudiui te in ab/ scondito tẽpestatis: ꝓbaui te apũ aquã ꝯradictionis. Audi ꝑplus meꝰ ⁊ testabor te isrl. si audieris me nõ erit in te deꝰ recẽs: neq; adora/ bis deũ alienũ. Ego eĩ sum dñs deus tuus q̃ eduxi te de terra egp pti: dilata os tuũ: ⁊ implebo illũ. Et nõ audiuit ꝑplus meꝰ vocẽ me am: ⁊ israel nõ intendit mihi. Et dimisi eos ꝑm desideria cordis eo/ rũ: ibunt in adinuentionibꝰ suis Si ꝑplus meꝰ audisset me: israel si in vijs meis ambulasset. Pro nihilo forsitan inimicos eor hũi/ liassem: ⁊ sup tribulãtes eos mi/ sissem manũ meam. Inimici dñi mẽtiti sunt ei: et erit tẽpus eor in scla. Et cibauit illos ex adipe fru/ menti: ⁊ de petra melle saturauit

Deus ste ¶ ps. lxxxj. (eos. dit in synagoga deor: in me dio aũt deos dijudicat. Usqquo

iudicatis iniquitatē: ⁊ facies pec/
catoꝝ sumitis. Iudicate egeno et
pupillo: humilē ⁊ pauperē iustifi
cate. Eripite pauperē ⁊ egenū: ḋ
manu pctōris liberate. Nescierṫ
neq; intellexerūt in tenebris am/
bulant: mouebūtur oīa fundamē/
ta tre. Ego dixi dij estis: ⁊ filij ex/
celsi oēs. Vos aūt sicut hoīes mo
riemini: ⁊ sicut vn⁹ de principib⁹
cadetis. Surge de⁹ iudica terrā:
qm̄ tu hereditabis in oībus genti
bus. Gloria. Añ. Exultate deo
adiutori nr̄o. ¶ps.lxxxij.

Deus quis silis erit tibi: ne ta
ceas neq; compescaris de⁹.
Qm̄ ecce inimici tui sonuerūt: ⁊
q̄ oderūt te extulerūt caput. Su/
per pl̄m tuū malignauerūt ꝓsili
um: ⁊ cogitauerūt aduersus san/
ctos tuos. Dixerūt venite ⁊ disp/
damus eos de gente: ⁊ nō memo
retur nomē isrl̄ vltra Qm̄ cogita
uerūt simul vnanimiter: aduer/
sus te testamentū disposuerūt ta
bernacula idumeoꝝ ⁊ hismaheli/
te. Moab ⁊ agareni gebal ⁊ amō
⁊ amalech: alienigene cū habitā/
tibus tyrī. Etem̄ assur venit cuꝝ
illis: facti sunt in adiutoriuꝝ filijs
loth. Fac illis sicut madian ⁊ sy/
sare: sicut iabyn in torrēte cyson.
Dispierūt in endor: facti sunt vt
stercus tre. Pone pncipes eoruꝝ
sicut oreb ⁊ zeb: ⁊ zebee ⁊ salmana
Omnes pncipes eoꝝ: qui dixerūt
hereditate possideam⁹ sanctuari
um dei. Deus me⁹ pone illos vt
rotā: ⁊ sicut stipulā ante faciē vē/
ti. Sicut ignis qui cōburit siluā:
et sicut flāma cōburens montes.
Ita psequeris illos in tēpestate
tua: ⁊ ī ira tua turbabis eos. Im
ple facies eoꝝ ignominia: ⁊ que/
rēt nomē tuū dñe. Erubescant ⁊
ꝓturbētur in scl̄m seculi: ⁊ ꝓfun/
dant⁹ ⁊ pereāt. Vt cognoscant q̄a
nomē tibi dñs: tu solus altissim⁹
in oīi terra. ¶ps.lxxxij.

Quam dilecta tabnacula tua
dñe virtutū: ꝓcupiscit ⁊ de/
fecit aīa mea in atria dñi Cor me
um ⁊ caro mea: exultauerūt ī de/
um viuū. Etem̄ passer inuenit si
bi domū: ⁊ turtur nidum sibi vbi
ponat pullos suos. Altaria tua
dñe virtutū: rex me⁹ ⁊ ds meus.
Beati qui habitāt in domo tua:
in secula scl̄oꝝ laudabūt te. Bea/
tus vir cui⁹ est auxiliū abs te: ascē
siones in corde suo disposuit ī val/
le lachrymarū in loco quē posuit.
Etem̄ benedictionē dabit legisla
tor: ibunt de virtute in virtutē: vi
debitur ds deoꝝ in syon. Dñe de/
us virtutū exaudi orationē meā:
auribus pcipe ds iacob Protector
noster aspice de⁹: ⁊ respice in faci/
em xp̄i tui. Quia melior est dies
vna: in atrijs tuis sup milia. Ele
gi abiectus esse in domo dei mei:
magis q̄ habitare in tabnaculis
pcātoꝝ. Quia miscōdiam ⁊ verita/
tē diligit de⁹: grām ⁊ gl̄iam dabit
dñs. Nō priuabit bonis eos qui
ambulāt in innocētia: dñe virtu
tū beat⁹ hō qui sperat in te Glia.
Añ. Tu solus altissim⁹ sup oēm
terram. ¶ps.lxxxiij.

Benedixisti dñe terraꝝ tuam:
auertisti captiuitatē iacob. Re/
misisti iniquitatē plebis tue: ope/

ruisti oīa peccata eoꝝ. Mitigasti oēm iram tuā: auertisti ab ira indignatiōis tue. Conuerte nos deꝰ salutaris noster: ⁊ auerte irā tuā a nobis. Nunqd ineternum iraſceris nobis: aut extēdes iram tuā a generatiōe in generatione? Deꝰ tu cōuersus viuificabī nos: ⁊ plebs tua letabit in te. Ostende nobis dñe miſcōiaꝫ tuā: ⁊ saluta/re tuū da nob. Audiā quid loquatur in me dñs deꝰ: qm̄ loquet pacē in plebē suā. Et sup sanctos suos: ⁊ in eos qui ꝓuertunt ad cor.

Verūtamē ꝓpe timentes eū salutare ipsius: vt inhabitet gloria in tra nostra. Miſcōia ⁊ veritas obuiauerūt sibi: iustitia ⁊ paꝫ oscu/late sunt. Veritas ō terra orta ē: et iustitia ō celo ꝓſpexit. Etēm dominꝰ dabit benignitatē: ⁊ tra nostra dabit fructū suū. Iustitia ante eum ambulabit: ⁊ ponet in via gressus suos. ¶ps. lxxxv.

Inclina dñe aurē tuā ⁊ exaudi me: qm̄ inops ⁊ paup sum ego Custodi aiaꝫ meā qm̄ sanctꝰ suꝫ: saluū fac seruū tuū deꝰ meꝰ sperātē in te. Miserere mei dñe qm̄ ad te clamau tota die letifica aiam serui tui: qm̄ ad te dñe aiam meā leuaui. Qm̄ tu dñe suauis et mitis: ⁊ mlte miſcōie oībus inuocātibus te. Auribꝰ percipe dñe orationē meā: ⁊ intēde voci deꝓcationis mee. In die tribulatōis mee: clamaui ad te: qꝛ exaudisti me.

Non est silis tui in dīs dñe: ⁊ nō est scōm opa tua. Oēs gentes qscūqꝫ fecisti venient ⁊ adorabūt corā te dñe: ⁊ glorificabūt nomē tuum. Qm̄ magnus es tu ⁊ faciēs mirabilia: tu es deꝰ solus Deduc me dñe in via tua. et ingrediar in veritate tua: letet cor meum vt timeat nomē tuū. Confitebor tibi dñe deꝰ meus in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomē tuū ineternum Quia miſcōia tua magna est super me: et eruisti aiam meā ex inferno inferiori. Deus iniqui surrexerūt sup me. ⁊ synagoga potētium quesierūt aiam meā: ⁊ non ꝓposuerūt te ī ꝓſpectu suo. Et tu dñe deꝰ miſerator ⁊ miſericors: patiēs ⁊ mlte miſcōie et verax. Respice in me et miserere mei da imperiū tuum puero tuo: et saluum fac filium ancille tue. Fac mecū signū in bono vt videāt q̄ me oderūt ⁊ ꝓconfundant: qm̄ tu dñe adiuuisti me. ⁊ ꝓſolatus es me. Glia. Añ. Benedixisti dñe terrā tuaꝫ.

Fundamēta ¶ps. lxxxvj

Deꝰ in montibus sanctis: diligit dñs portas sion sup oīa tabernacla iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei · Memor ero rahab et babilonis: scientib⁹ me. Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ pꝰplus ethiopum: hi fuerūt illic. Nūqd sion dicet hō et hō natus est in ea: ⁊ ipe fundauit eā altissimus. Dñs narrabit ī scripturis pꝰloꝝ: et ꝑncipū horꝝ qui fuerint in ea. Sicut letantiū oīm: habitatio est in te.

Domine deꝰ ¶ps. lxxxvij

salutis mee: in die clamaui et nocte corā te. Intret in ꝓſpectu tuo oratio mea: inclina aurē tuaꝫ ad pcesꝫ meā. Quia repleta ē malis aia mea: et vita mea inferno

appropinquauit Estimatus sum cū descendentib⁹ in lacū: fact⁹ sum sicut hō sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quor⁹ nō es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerūt me in lacu inferiori: in tenebrosis & in umbra mortis. Sup me ꝓfirmatus est furor tuus: & oēs fluct⁹ tuos induxisti sup me. Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abominationē sibi. Traditus sum & nō egrediebar: oculi mei languerunt p̄ inopia. Clamaui ad te domine tota die: expandi ad te manus meas. Nunqd mortuis faci es mirabilia: aut medici suscitabūt & cōfitebūtur tibi. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuā: & veritatē tuā in p̄ditione. Nūquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra obliuionis. Ecce ego ad te dñe clamaui: & mane oratio mea p̄ueniet te. Ut q̄d dñe repellis orationē meā: auertis faciem tuā a me. Pauper sum ego & in laboribus a iuuētute mea: exaltat⁹ aūt humiliat⁹ sum et ꝓturbatus. In me trāsierūt ire tue: & terrores tui ꝓturbauerūt me. Et circūdederunt me sicut aqua tota die: circūdederūt me simul. Elongasti a me amicum & primū: & notos meos a miseria. Glia. Sicut erat. Fūdamēta eius in montibus sanctis.

Misericordias ℣ Ps. lxxxviij. dñi: ineternū cātabo. In generatione & generationē: annunciabo veritatē tuā in ore meo. Quīm dixisti ineternū misericordia edificabitur in celis: p̄parabit veritas tua in eis. Disposui testamentum electis meis. iurauī dauid famulo meo: vsq⁹ ineternū p̄parabo semē tuum. Et edificabo in generatione & generationē: sedē tuā. Confitebuntur celi mirabilia tua dñe: etenim veritatē tuā in ecclesia sanctorum. Quīm quis in nubib⁹ equabitur domino: similis erit deo in filijs dei. Deus qui glorificatur in ꝓsilio sctōr⁹: magnus & terribilis sup oēs q̄ in circuitu eius sunt. Dñe deus virtutū quis similis tibi: potens es dñe & veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris: motum aūt fluctuū eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratū superbum: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi & tua est terra orbem terre & plenitudinē eius tu fundasti: aquilonē & mare tu creasti. Thabor & hermō in nomine tuo exultabūt: tuum brachium cū potentia. Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua: iustitia & iudiciū p̄paratio sedis tue. Misericordia & veritas p̄cedent faciē tuā: beat⁹ p̄plus qui scit iubilationē. Dñe in lumine vultus tui ambulabūt. et in nomine tuo exultabūt tota die: & in iustitia tua exultabunt. Quoniā gloria virtutis eor⁹ tu es: & in bōplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia dñi est assumptio nra: & sancti isrl regis nostri. Tunc locut⁹ es in visione sanctis tuis. & dixisti posui adiutorium in potēte: & exaltaui electum de plebe mea. Inueni dauid seruum

meum: oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confirmabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam a facie ipsius inimicos eius: et odientes eum in fuga conuertam. Et veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius: et in fluminibus dexteram eius. Ipse invocabit me pater meus es tu: deus meus et susceptor salutis mee. Et ego primogenitum ponam illum: excelsum prae regibus terre. In eternum seruabo illi misericordiam meam: et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius: et thronum eius sicut dies celi. Si autem dereliquerint filii eius legem meam: et in iudiciis meis non ambulauerint. Si iustitias meas profanauerint: et mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorum: et in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea. Neque profanabo testamentum meum: et que procedunt de labiis meis non faciam irrita. Semel iurauit in sancto meo si dauid mentiar: semen eius in eternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo. et sicut luna perfecta in eternum: et testis in celo fidelis. Tu vero repulisti et despexisti: distulisti xpm tuum. Auertisti testamentum serui tui: profanasti in terra sanctuarium eius. Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem. Dirupuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentium eum: letificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium gladii eius: et non es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum ab emundatione: et sedem eius in terra collisisti. Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione. Usquequo domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua. Memorare que mea substantia: numquid enim vane constituisti omnes filios hominum. Quis est homo qui viuet et non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi. Ubi sunt misericordie tue antique domine: sicut iurasti dauid in veritate tua. Memor esto domine opprobrii seruorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentium. Quod exprobrauerunt inimici tui domine: quod exprobrauerunt commutationem xpi tui. Benedictus dominus in eternum: fiat fiat. ¶ Ps. xciij.

Deus ultionum dominus: deus ultionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis. Usquequo peccatores domine: usquequo peccatores glorabuntur. Effabuntur et loquentur iniquitatem: loquuntur omnes qui operantur iniusticiam. Populum tuum domine humiliauerunt: et hereditatem tuam vexauerunt. Viduam et aduenam interfecerunt: et pupillos occiderunt. Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus iacob. Intelligite insipientes in populo: et stulti aliquando sapite Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum non considerabit. Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem scientiam. Dominus scit cogitationes homi

num: quoniã vane sunt Beatus hõ quẽ tu erudieris dñe: ℣ de lege tua docueris eũ. Ut mitiges ei a diebꝰ malis: donec fodiat peccatori fouea. Quia nõ repellet dominus plebẽ suã: ℣ hereditatẽ suam nõ derelinquet. Quoadusqꝫ iustitia ꝓuertat̃ iudiciũ: ℣ ꝗ iuxta illã oẽs qui recto sunt corde. Quis cõsurget mihi aduersus malignantes: aut qs stabit mecũ aduersus operãtes iniquitatẽ. Nisi qꝛ dñs adiuuit me: paulomin̄ habitasset in inferno aĩa mea. Si dicebã mot̄ est pes me⁹: misericordia tua domine adiuuabat me. Scõm multitudinẽ dolorꝫ meorꝫ in corde meo: ꝓsolationes tue letificauerũt aiam̃ meam. Nũquid adheret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in precepto. Captabũt in aiam̃ iusti: ℣ sanguinẽ innocentem condẽnabunt. Et factus est mihi dñs in refugiũ: ℣ deꝰ meus in adiutoriuꝫ spei mee. Et reddet illis iniquitatẽ ipsorꝫ: ℣ in malicia eorꝫ disperdet eos. disperdet illos dñs deus noster. Gloria. Añ. Bñdictus dñs in eternum. ¶ Ps̃. xcv.

Cantate dño cãticuꝫ nouũ: cãtate dño ois terra. Cantate dño ℣ bñdicite nomini ei⁹: annunciate de die in diẽ salutare ei⁹. Annũciate inter gentes gloriã ei⁹: in oĩbus ꝑplis mirabilia ei⁹. Quoniam magnus dñs ℣ laudabilis nimis: terribilis ẽ sup omẽs deos. Quĩ oẽs dĳ gentiũ demonia: dominꝰ aũt celos fecit. Confessio et pulchritudo in ꝓspectu ei⁹: sanctimonia ℣ magnificẽtia in sanctificatione ei⁹. Afferte dño patrie gẽtium· afferte dño gloriam ℣ honorẽ: afferte domio gliam nomi ei⁹. Tollite hostias ℣ introite in atria ei⁹: adorate dñm in atrio sctõ ei⁹. Cõmoueat̃ a facie eius vniuersa terra: dicite in gentib⁹ qꝛ dñs regnauit. Etenim cor̄exit orbẽ terre ꝗ nõ cõmouebit̃: iudicabit ꝑplos in eq̃tate. Letent̃ celi ℣ exultet terra. cõmoueat̃ mare ℣ plenitudo ei⁹: gaudebũt cãpi ℣ oĩa ꝗ in eis sunt. Tũc exultabũt oĩa ligna siluaruꝫ a facie dñi qꝛ venit: qm̃ venit iudicare terrã. Iudicabit orbem ̃re in equitate: ℣ ꝑplos in veritate.

Domin⁹ ¶ Ps̃. xcvj. (te sua. regnauit exultet ̃ra: letent̃ insule multe. Nubes ℣ caligo in circuitu ei⁹: iusticia ℣ iudiciũ correctio sedis ei⁹. Ignis ante ipsuꝫ ꝓcedet: ℣ inflãmabit in circuitu ĩmicos ei⁹. Illuxerũt fulgura ei⁹ orbi ̃re: vidit ℣ cõmota ẽ ̃ra. Mõtes sicut cera fluxerũt a facie dñi: a facie dñi oĩis ̃ra. Annũciauerunt celi iusticiã ei⁹: ℣ viderũt omnes ꝑpli gloriã ei⁹. Confundãtur oẽs qui adorant sculptilia: ℣ ꝗ gloriant̃ in simulacris suis. Adorate eũ oẽs angeli ei⁹: audiuit ℣ letata est sp̃. Et exultauerũt filie iude: ꝓpter iudicia tua dñe. Qm̃ tu dñs altissimus sup oẽm ̃ram: nimis exaltat⁹ es super oĩes deos. Qui diligitis dñm odite malum: custodit dñs aias sctõꝝ suorꝫ ḋ manu pctõris liberabit eos. Lux orta ẽ iusto: ℣ rectis corde letitia. Letamini iusti in domio: ℣ cõfitemini memorie sanctificationis eius.

Gloria. ℒAñ. Cantate dño ℟ benedicite nomini ei⁹. ¶Sequit̄ p:ce ter in aduen. ℟. yl. qñ noct̄. seruat̄ v. Intret oratio mea in ꝯspectu tuo dñe. Inclina aurē tuaz ad precem meā. Pat̄ noster ℟. Ante laud. v. Fiat miscdia tua. vtš. feria scda.

Ad laud. sextis feriis

Super ps. Miserē mei Añ. Sacrificium deo spirit⁹ contribulat⁹

Domine exaudi orationē meā auribus pcipe obsecrationē meaz: in veritate tua exaudi me i tua iustitia. Et nō intres in iudiciū cuz seruo tuo: qa nō iustificabitur in ꝯspectu tuo oīis viuēs. Quia persecut⁹ est inimicus aīam meā: humiliauit in tra vitaz meā. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: ℟ anxiat⁹ est sup me spiritus meus. in me turbatū est cor meū. Memor fui dierū antiquor meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuū tuarū meditabar. Expandi manus meas ad te: aīa mea sicut tra sine aqua tibi. Velocit̄ exaudi me domine: defecit spūs me⁹. Non auertas faciē tuā a me: ℟ silis ero descendentib⁹ in lacū. Auditā fac mihi mane miscdiam tuā: qa in te dñe speraui. Notā fac mihi viam in qua ambulē: q: ad te leuaui aīmā meaz. Eripe me de inimicis meis dñe ad te cōfugi doce me facere voluntatē tuaz: q: de⁹ meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectaz: ꝓpter nomen tuum dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione aīam meam: ℟ in misericordia tua disperdes inimicos meos Et perdes oēs qui tribulant aīmā meaz: qm̄ ego seruus tu⁹ sum Gloria. ℒAñ. In veritate tua exaudi me dñe. Scinde ps Deus de⁹ me⁹. vtš. fo. vj. ℒAñ. Illumia dñe vultum tuū sup nos. ¶Sequitur canticum Abacuc. iij.

Domine audiui: auditōez tuam ℟ timui. Dñe opus tuū: i medio annoz viuifica illud. In medio annoz notū facies: cū iratus fueris miscdie recordaberis. Deus ab austro veniet: ℟ sanctus de mōte pharā. Operuit celos gloria ei⁹: ℟ laudis ei⁹ plena est terra Splendor ei⁹ vt lux erit: cornua in manib⁹ eius. Ibi abscondita ē fortitudo ei⁹: ante faciez eius ibit mors. Egredier diabolus añ pedes eius: stetit ℟ mensus est tra. Aspexit ℟ dissoluit gentes: ℟ contriti sunt mōtes seculi. Incurvati sunt colles mundi: ab itinerib⁹ eternitatis ei⁹. Pro iniqtate vidit tentoria ethiopie: turbabunt pelles terre madian. Nunqd in fluminibus iratus es dñe: aut i fluminibus furor tuus. vel in mari indignatio tua. Qui ascendis sup equos tuos: ℟ quadrige tue salutio. Suscitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus que locutus es. Fluuios scindes terre viderunt te ℟ doluerunt montes: gurges aquarū transiit. Dedit abyssus vocē suā: altitudo manus suas leuauit. Sol ℟ luna steterūt in habitaculo suo: in luce sa

gittarum tuarꝝ ibunt in splendo/
re fulguratis hastę tue. In fre/
mitu ꝓculcabis terram: in furore
obstupefacies gentes. Egressus
es in salutem populi tui: in salu/
tem cum xp̃o tuo. Percussisti ca/
put ꝺ̃ domo impij: denudasti fun/
damentum eius vsqꝫ ad collum
Maledixisti sceptris eiꝰ capiti bel
latorum eius: veniẽtibus vt tur/
bo ad dispergendum me. Exulta
tio eoꝝ sicut eiꝰ qui deuorat pau/
perem in abscondito. Viam feci/
sti in mari equis tuis: in luto aq̃/
rum multarũ. Audiui et contur
batus est venter meus: a voce cõ
tremuerũt labia mea. Ingredia
tur putredo ī ossibus meis: ℟ sub
ter me scateat. Vt requiescam in
die tribulationis: ℟ ascendam ad
populum accinctũ nostꝝ. Ficus
eñ non florebit: et nõ erit germẽ
in vineis Mentietur opus oliue:
et arua non afferent cibum. Ab/
scidetur de ouili pecus: ℟ non erit
armentum in presepib⁹. Ego au
tem in dño gaudebo: et exultabo
in deo ieſu meo. Deus dñs forti/
tudo mea: ℟ ponet pedes meos q̃/
si ceruoꝝ. Et super excelsa mea
deducet me victor: in psalmis ca/
nentem. Gloria. ℣ Añ. Auditum
tuum dñe audiui ℟ timui. Seinde
ps. Laudate dñm de ce. vtš. fo. vij.
℣ Añ. In sanctꝭ eius laudate deũ.

Deus qui in filij tui humilitate iacentez mundū erexisti. fidelibus tuis perpetuā concede letitiam. vt quos perpetue mortis eripuisti casib⁹. gaudijs facias sempiternis perfrui. Per. Secunde suffra. Surrexit dominꝰ ꝛc. vt in suffr. consue. lyyvj. ¶ Nota q⁹ feria.ij.ꝛ q̄rta post dñicaz Misericordia dñi. semper est ciuitū banni. Non ieiunat̄ illis diebus. ꝫ tantū abstinendū est a carn ¶ Feria.ij. et alijs ferijs (nibus. Ad mat̄. Inuit̄. ꝛc̄. per omnia vt supra. feria.ij. post octa. pasce dictū est. Lectiones de Apocalipsi cū R̄. de Hystoria. Dignus es. vt infra. que sequūtur in ordine. Seq̄ns añ. tenetur ad laud̄. per hanc hebdo. quando de feř. seruat̄. Añ. Ego sum alpha ⁊ o primus ⁊ nouissimus ⁊ stella matutina ego clauis dauid alleluya. pſ̄ Dñs regnauit. cum cete. vj. Cap̄. ꝛ coll̄. vt supra in dñica de. ij. vespe. v. Surrexit dñs̄ christus. vt supra. ¶ Ad pri. et ad cete. hos̄. ꝛ ad vesperas per omnia vt s̄. in hebdo. p̄cedenti feř. ij. notatur. Seq̄ntes añ. dicuntur per hanc hebdo. super benedic̄. et sup mḡt quādo de feria canitur. et non p̄ suffra. si de sanctis canitur. Quibus finitis reincipiant̄. Añ. j. Ego sum pastor bonus alleluya q̄ pasco oues meas alleluya. Añ. ij. Pastor bonus animā suam ponit pro ouib⁹ suis alleluya. Añ. iij. Mercenari⁹ est cuius non sunt oues p̄prie. videt lupū venientē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit. ⁊ lupus rapit et dispergit oues alleluya. Añ. iiij. Ego sum pastor ouium. ego sum via et veritas. ego sum pastor bonus ⁊ cognosco meas ⁊ cognoscūt me mee alleluya alleluya. Añ. v. Sicut nouit me pater ⁊ ego agnosco patrem ⁊ animā meam pono pro ouib⁹ me ¶ Dñica.iij.ꝛ.iiij. (is allelupa. post pasca ad vs̄. ꝛc̄. Require post sequentes lectiones de apocalipsi ꝛc̄. ¶ Sequuntur R̄. de Hysto. Dign⁹ es. decantāda feriatis diebus ab octa. pasce vsq̄ ad dñicam Jubilate. addendo semp ad terciū R̄. Gloria pa. Et legetur apocalipsis p̄ idē tempus Req̄re infra post R̄. L R̄. j. Dign⁹ es domine accipere librū ⁊ aperire signacula eius quoniā occisus es ⁊ redemisti nos deo. In sanguine tuo alleluya. v. Parce domine parce populo tuo. quem redemisti christe. In. R̄. ij. Ego sicut vitis fructificaui suauitatem odoris alleluya. Transite ad me omnes q̄ concupiscitis me: ⁊ a generationibus meis adimplemini alleluya alleluya. L versus. In me omnis gratia vie ⁊ veritatis in me oīs spes vite ⁊ virtutis. Transite. R̄. iij. Audiui vocem in celo angelorum multorum dicentium. Timete dominū ⁊ date claritatem illi et adorate eum qui fecit celum ⁊ terram mare ⁊ fontes aquarum alleluya alleluya. v. Vidi angelum dei volantem per medium celi voce magna clamantem ⁊ dicentem Timete. R̄. iiij. Locutus ē ad me vnus de septem angelis dicēs veni ostendam tibi nouam nuptam sponsam agni. Et vidi hierusalez descendentem de celo ornatā monilibus suis alleluya alleluya alleluya v. Et sustulit me in spiritu

in montem magnum ℣ altum. Et vidi. ℟. v. Audiui vocem in celo tanq̃ vocem tonitrui magni alle/lupa. regnabit deus noster in eternum alleluya. Quia facta est sal? ℣ virtus ℣ potestas christi eius. al/lelupa alleluya. ℣. Vidi angelum dei volantem per medium celi voce magna clamantem ℣ dicentem Quia. ℟. vj. Platee tue hierusalem sternentur auro mundo alle/lupa. ℣ cantabitur in te canticũ le/ticie alleluya. Et per omnes vicos tuos ab vniuersis dicetur alla al/lelupa. ℣. Lauda hierusalem dñm lauda deum tuũ spon. Et p. ℟. vij Vidi hierusalem descendentez de celo ornatam auro mũdo. Et lapidibus preciosis intextaz. alleluya alla. ℣. Ab intus i fimbrijs aureis circũamicta varietate. Et lapidi. ℟. viij. Speciosa facta es et suauis i delitijs tuis alla altitudo tua similis est palme indeficienti. In plenitudie charitatis alleluya al/lelupa. ℣. Ego diligentes me diligo et qui mane vigilant inueniẽt me. In ple. ℟. ix. Decantabat populus in israel alleluya vniuersa multitudo iacob canebat legiti/me. Et dauid cum cantorib? cythara percutiebat in domo domini ℣ laudes dõ canebat alleluya alleluya. ℣. Moyses ℣ aaron in sacerdotib? eius ℣ samuel inter eos. Et ℟. x. Vidi portã ciuitatis ad orientem positam ℣ apostolorũ nomia ℣ agni super eaz scripta. Et super muros eius angelorz custodiã al/lelupa. ℣. Vidi ciuitatem hierusalem descendentem de celo ornataz tanq̃ sponsam viro suo. Et super ℟. xj. In dpademate capitis aaron lapides precioſi fulgebãt. Dũ perficeretur opus dei alleluya alleluya. ℣. Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis Dum pfi. ℟. xij. Hec est hierusalem ciuitas magna celestis. ornata tanq̃ spõsa agni. Qm̃ taberna culum facta est alleluya. ℣. Vidi ciuitatem hierusalem descendentẽ de celo ornataz tanq̃ sponsam viro suo. Qm̃. ℟. xiij. Docete filios vestros alleluya. vt memoriter teneant alleluya. Et ore decãtent alleluya alla. ℣. Confiteant dño misericordie eius ℣ mirabilia eius filijs hominũ Et ore. ℟. xiiij. Veniens a libano q̃ pulcra facta es alleluya. Et odor vestimentorz tuorz super oĩa aromata alla. ℣. Speciosa facta es ℣ suauis i delitijs tuis. Et odor. ℟. Dignus es. cũ ceter. vtõ.

¶ Sequuntur lectiones de Apocalipsi. Lectio pri. ca. j.

Apocalipsis ihu xpi quam dedit illi deus palã facere seruis suis que oportet fieri cito ℣ significauit mittens per angelu suum seruo suo iohanni qui testimoniũ perhibuit verbo dei ℣ testimoniũ ieſu xpi in his quecunq̃ vidit. Beatus q̃ legit ℣ qui audit verba prophetie huius. et seruat ea q̃ in ea scripta sunt. tempus eĩm prope est. Tu autem. ⌊ Lectio secunda. Ioannes septez ecclesijs que sunt in asia gratia vobis et pax ab eo q̃ est. ℣ qui erat. ℣ qui venturus est ℣ a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt ℣ a ihu christo

qui est testis fidelis primogenitus mortuoꝝ ℣ princeps regum terre qui dilexit nos ℣ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ℣ fecit nos regnum ℣ sacerdotium deo ℣ patri suo ipsi gloria ℣ imperiuꝫ in secula seculoꝝ amen. Ecce veniet cū nubibus. ℣ videbit eū oīs oculus ℣ qui eum pupugerūt. Et tūc plāgent se super eum omnes tribus terre. etiam amen. Ego sum alpha ℣ o principium ℣ finis: dicit dominus deꝰ qui est. ℣ qui erat. ℣ qui vēturus est omnipotēs. Tu. L. iij. Ego ioannes frater vester ℣ particeps in tribulatiōe ℣ regno ℣ patientia in xpō ihesu. fui in insula que appellatur pathmos ꝓpter verbuꝫ dei ℣ testimoniū ihesu. Fui in spiritu in dominica die. ℣ audiui pᵒ me vocem magnā tanq̄ tube dicētis. Quod vides scribe in libro ℣ mitte septem ecclesijs. epheso. ℣ smirne ℣ pergamo. ℣ thyatire. ℣ sardis. ℣ philadelphie. ℣ laodicie. Et conversus sum vt viderem vocē que loq̄batur mecum. Tu autem. L. pri. Ego ioannes conversus vidi septem candelabra aurea ℣ in medio septem candelabroꝝ aureorū similez filio hominis vestituꝫ podere. ℣ precinctuꝫ ad mamillas zona aurea. Caput autē eius ℣ capilli erant cādidi tanq̄ lana alba ℣ tanq̄ nix. ℣ oculi eius velut flāma ignis. ℣ pedes eius similes aurichalco. sicut in camino ardenti et vox illius tanq̄ vox aquaꝝ multarum. Tu autem. L Lectio secunda. Et habebat in dextera sua stellas septem ℣ de ore eius gladius vtraq̄ parte acutus exibat ℣ facies eiꝰ sicut sol lucet in virtute sua. Et cū vidissez eū cecidi ad pedes eius tāq̄ mortuus. Et posuit dexterā suā super me dicēs. Noli timere. Ego sum primus ℣ nouissimus ℣ viuꝰ ℣ fui mortuus. ℣ ecce sum viuens in secula seculoruꝫ ℣ habeo claues mortis ℣ inferni. Tu aūt. L. iij. Scribe ergo que vidisti ℣ que sūt ℣ que oportet fieri. post hec. sacramentū septez stellaꝝ quas vidisti ī dextera mea. et septez candelabra aurea. Septem stelle angeli sunt septem ecclesiaꝝ. ℣ candelabra septem. septē ecclesie sunt. Tu. L. j. Et angelo epheſi ecclesie scribe. Hec dicit qui tenet septez stellas ī dextera sua. qui ambulat in medio septem candelabroꝝ aureoꝝ. scio opa tua ℣ laborem ℣ patiētiam tuā ℣ quia nō potes sustinere malos. ℣ temptasti eos qui se dicunt apostolos esse ℣ non sunt ℣ inuenisti eos mendaces. ℣ patientiam habes. ℣ sustinuisti ꝓpter nomen meū ℣ non defecisti. Sed habeo aduersum te pauca. q̄ caritatem tuam primam reliquisti. Tu. Memor esto itaq̄ vnde exci L. ij. deris. ℣ age penitentiam ℣ prima opera fac. Sinautem venio tibi ℣ mouebo candelabꝝ tuum de loco suo nisi penitentiam egeris. Sed hoc habes quia odisti facta nycolaitarū que ℣ ego odi. Qui habet aures audiat quid spiritꝰ dicat ecclesijs. Vincenti dabo edere de lignō vite qō est in paradiso dei mei Tu. Et angelo smirne ecclesie L. iij. scribe. Hec dicit primus ℣ nouissi/

mus. qui fuit mortu⁹ et viuit. scio tribulationem tuā ⁊ paupertatez tuaz. sed diues es ⁊ blasphemaris ab his qui se dicūt iudeos esse ⁊ nō sunt. sed sunt synagoga sathane. Nihil horū timeas q̄ passurus es. Ecce missurus est diabolus ex vo/bis in carcerez. vt tēptemini ⁊ ha/bebitis tribulatōnez dieb⁹ decem. Esto fidelis vsqz ad mortez ⁊ dabo tibi coronā vite. Qui habet aures audiat quid spirit⁹ dicat ecclesijs. Qui vicerit non ledet a morte se/

Et ange (cūda. Tu. L. p:ima e/lo pergami ecclie scribe. Hec dicit qui habet rūpheā ex vtraqz p te acutaz. Scio vbi habitas vbi se des est sathane. ⁊ tenes nomē me um et non negasti fidem meā ⁊ in diebus illis antiphas testis meus fidelis qui occisus est apd vos vbi sathanas habitat. Tu. L. ij.

Sed habeo aduersus te pauca q: habes illic tenētes doctrinā bala/am q̄ docebat balaach mittere scā dalum coram filijs isrl edere et fornicari. ita habes ⁊ tu tenētes doctri nā nicolaitarū. Similiter penitē/tiam age. Tu autem. Lectio tercia Si quo min⁹ veniā tibi cito ⁊ pu gnabo cuz illis in gladio oris mei. Qui habet aures audiat quid spi ritus dicat ecclesijs. Vincēti dabo manna absconditū ⁊ dabo illi cal/culum candidū ⁊ in calculo nomē nouū scriptū q̄d nemo scit nisi qui

Et ange (accipit. Tu. L. p:i. e/lo thyatire ecclie scribe. Hec dicit filius dei qui habet oculos tā q̄ flammā ignis. ⁊ pedes ei⁹ simi/les auricalco. Noui opera tua ⁊ fi dem ⁊ charitatez tuā. ⁊ ministeriū et patientiaz tuā. ⁊ opera tua no/uissima plura prioribus. Sed ha/beo aduersus te pauca q: pmittis mulierē iezabel que se dicit pphetē docere ⁊ seducere seruos meos for nicari ⁊ manducare de idolatitis. Et dedi illi temp⁹ vt penitentiā a/geret. ⁊ non vult penitere a forni/catione sua. Et ecce ego mitto eaz in lectū ⁊ qui mechātur cū ea i tri/bulatiōe maxima erunt. nisi peni tentiā egerint ab opibus suis. ⁊ fi lios eius interficiā in mortez. Et ih scient oēs ecclie q: ego suz scrutās renes ⁊ corda. et dabo vnicuiqz ve strū sm opera vestra. Vobis aūt dico ⁊ ceteris qui thyatire estis q̄/cunqz non hñt doctrinaz hanc qui non cognouerunt altitudines sa/thane. quēadmodum dicunt. non mittam super vos aliud pondus. tamen id quod habetis tenete do/nec veniam. ⁊ qui vicerit et custo/dierit vsqz in finez opa mea dabo illi potestatem super gentes. ⁊ re/get eas in vga ferrea et tanq̄ vas figuli cōfringent. sic et ego accepi a patre meo ⁊ dabo illi stellā ma/

Et angelo sar (tutinā. Tu. L. ij. dis ecclesie scribe. Hec dicit qui ha bet septem spiritus dei ⁊ septē stel las. Scio opa tua quia nomen ha bes q̄ viuas ⁊ mortu⁹ es. Esto vi/gilans ⁊ confirma cetera que mo ritura erant. Nō eīm inuenio ope/ra tua plena coram deo meo. In mē te ergo habe qualiter acceperis ⁊ audieris. et serua ⁊ peitentiā age

Et angelo philadelphie ecclie scri be. Hec dicit sanctus et verus qui

habet clauem dauid qui aperit et nemo claudit: claudit ⁊ nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertū quod nemo pōt claudere: quia modicā habes virtutē ⁊ seruasti verbum meū ⁊ nō negasti nomen meū. Ecce dabo de synagoga sathane qui dicūt se iudeos esse et non sunt sed mentiuntur. Ecce faciam illos vt veniāt et adorent ante pedes tuos et scient quia ego dilexi te. Tu aūt. ℣. tercia Et angelo laodicie ecclesie scribe Hec dicit amen testis fidelis et verus qui est principiū creature dei. Scio opa tua. quia neq; frigidus es neq; calidus vtinā frigidus esses aut calidus. sed q; tepidus es. nec frigidus nec calidus incipiam te euomere ex ore meo Quia dicis q; diues sum ⁊ locupletatus ⁊ nullius egeo et nescis. quia tu es miser et miserabilis ⁊ pauper et cecus et nudus suadeo emere tibi a me aurū ignitum ꝓbatū vt locuples fias. et vestimētis albis induaris vt non appareat confusio nuditatis tue. et collirio inūge oculos tuos vt videas. ego q̄s amo arguo ⁊ castigo. Emulare ergo et penitentiam age. Tu autem. ¶ Lectio pri.

POst hec vidi. et ecce ostium apertum in celo et vox prima quā audiui tanq̄ tube loquentis mecum dicēs. Ascende huc et ostendam tibi que oportet fieri cito. ꝙ hec statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo et supra sedem sedēs. Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardinis Et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdie. Tu Et in circuitu sedis se (autē. ℣. ij. dilia vigintiquattuor et super thronum vigintiquattuor seniores sedentes circūamicti vestimētis albis et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedūt fulgura et voces et tonitrua et septē lampades ardentes ante thronū que sunt septem spiritus dei. et in conspectu sedis tanq̄ mare vitreum simile cristallo. et in medio sedis et in circuitu sedis quattuor animalia plena oculis ante et retro Et animal (tro. Tu aūt. ℣. c. iij. primum simile leoni. et secundum animal simile vitulo. ⁊ terciū animal habens faciem quasi homis. et quartum animal simile aquile volāti. Et quattuor animalia singula eorum habebant alas senas et in circuitu ⁊ int? plena sunt oculis. et requiem non habebant die ac nocte dicentia. sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens qui erat. qui est. et qui venturus est. Tu autem. ℣ Lectio prima.

ET cum darent illa quattuor animalia gloriam et honorē et benedictionem sedenti sup thronum viuenti in secula seculorum procidebāt vigintiquattuor seniores ante sedentē in throno. et adorabant viuentem in secula seculorum. ⁊ mittebant coronas suas ante thronum dicentes. Dignus es domine deus noster accipere gloriam et honorem et virtutem. quia tu creasti omnia et ꝓpter vo-

lũtatem tuaz erant ⁊ creata sunt. Et vidi in dextera sedentis super thronum librũ scriptũ intus et foris. signatum sigillis septẽ Tu ãt. Et vidi angelum fortem ℔. scđa ⁊ predicantez voce magna. Quis est dignus apire ⁊ soluere signacula eius. Et nemo poterat neqz in celo neqz in terra. neqz subtus terram aperire librum neqz respicere illum. Et ego flebã multũ quoniã nemo dignꝰ inuentus est aperire librũ nec videre eum. Et vnꝰ de seniorib⁹ dixit mihi. Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu iuda. radix dauid aperire ⁊ soluere septẽ sigꝯcula eius. Tu autem. ℔. Lectio. iij. Et vidi ⁊ ecce in medio throni ⁊ q̃ttuor animaliũ ⁊ in medio seniorũ agnum stantez tanq̃ occisum habentem cornua septem ⁊ oculos septem qui sunt septez spiritus dei missi in omnẽ terram. Et venit et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librꝫ quattuor animalia ⁊ vigintiquattuor seniores ceciderũt coramz agno habentes singuli cytharas ⁊ phialas aureas plenas odoramento rũ que sunt oratiões sctõꝝ ⁊ cantabãt canticũ nouum dicẽtes. Dignꝰ es domine accipe librꝫ ⁊ apire sigꝯcula eiꝰ. qm̃ occisus es ⁊ redemisti nos deo in sanguine tuo. ex omni tribu ⁊ lingua ⁊ ppło ⁊ natiõe ⁊ fecisti nos deo nostro regnũ ⁊ sacerdotes. ⁊ regnabim⁹ sup terrã. Tu Et vidi ⁊ audiui vocẽ ℔. pũ. angelorꝫ multorꝫ in circuitu throni ⁊ aialiũ ⁊ seniorꝫ et erat numerus eorũ milia miliũ dicentiuz voce magꝯ. Dignꝰ est agnus q̃ occisus est accipe virtutẽ ⁊ diuinitatẽ et sapientiã ⁊ fortitudinẽ et honorẽ ⁊ gl̃iam et bn̄dictionẽ. Tu. ℔. ij. Et oẽm creaturã que in celo est ⁊ sup terrã et sub terra ⁊ que sunt i mari et q̃ in eo sunt oẽs audiui dicẽtes sedẽti in throno ⁊ agno. Benedictio ⁊ honor ⁊ gl̃ia et potestas in scla seculoꝝ. Et quattuor aialia dicebãt amẽ. Et vigintiq̃ttuor seniores ceciderunt in facies suas ⁊ adorauerunt. Tu aũt. ℔. iij. Et vidi q̄ aperuisset agnus vnuz de septẽ sigillis. et audiui vnuz de q̃ttuor animalib⁹ dicens tanq̃ vocem tonitrui. Veni ⁊ vide. Et vidi et ecce equus albus. ⁊ qui sedebat sup illum habebat arcũ ⁊ data est ei corona et exiuit vincens vt vinceret. Tu autem. ℔. Lectio. j. Et cũ aperuisset sigillũ scdm audiui scdm animal dicens. Veni et vide. Et exiuit aliꝰ equus rursus et qui sedebat sup illũ datuz ẽ ei vt sumeret pacẽ de terra et vt inuicẽ se interficiãt. et datꝰ est ei gladius Et cũ aperuisset (magu⁹. Tu. ℔. ij. sigillũ tertiũ audiui tertiũ aial dicẽs. Veni et vide. ⁊ ecce equꝰ niger et q̃ sedebat sup illũ habebat stateraz in manu sua. Et audiui tanq̃ vocẽ in medio quatuor animaliũ dicẽtez. Bilibr⁹ tritici denario vno et tres bilibres ordei denario vno. et vinũ et oleũ ne leseris. Tu Et cum aperuisset sigil- ℔. iij. lum quartum audiui vocẽ quarti animalis dicentis. Veni ⁊ vide. Et ecce equꝰ pallidus. et qui sedebat sup eũ nomen illi mors. et in-

fernus sequebatur eum. Et data est illi potestas sup quattuor partes terre interficere gladio fame et morte et bestijs terre. Tu. L. pri.

Et cū aperuisset sigillum quintum vidi subtus altare animas interfectoꝝ ꝓpter verbuꝫ dei et ꝓpter testimoniū qđ habebant et clamabant voce magna dicentes Vsqꝫquo dñe sanctus et verus nō iudicas et non vindicas sanguinē nostrū de his qui habitant in terra. Et date sunt illis singulis stole albe. et dictū est illis vt reqescerent adhuc tempus modicū donec cōpleantur ꝯserui eoꝝ et fratres eorum qui interficiendi sunt sicut et Et vidi cum ape (illi. Tu. L. ij. ruisset sigillum sextuꝫ. Et ecce terremotus factus est magnus et sol factus est niger tanqꝫ saccus cilicinus: et luna tota facta est sicut sanguis. et stelle de celo ceciderunt super terraꝫ. sicut ficus emittit grossos suos cum a vento magno mouetur recessuꝫ (uetur. Tu. L. iij. sit sicut liber inuolutus. et omnis mōs et insule de locis suis moti sūt Et reges terre et principes et tribuni et diuites et fortes et omnis seruus et liber absconderunt se in spelunc̄is et in petris montium. et dicunt montibus et petris. cadite sup nos et abscōdite nos a facie sedētis sup thronuꝫ et ab ira agni qm̄ venit dies magnus ire ipsoꝝ. Et quis poterit stare. Post hec vidi q̄ttuor angelos stantes supra q̄ttuor angulos terre tenentes quattuor ventos terre ne flarent sup terrā neqꝫ supra mare neqꝫ in vllam arborē.

Tu autem. L. Lectio prima.

Et vidi alterū angelum ascēdentem ab ortu solis. habentem signū dei viui. et clamauit voce magna quattuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicēs. Nolite nocere terre et mari neqꝫ arboribus quoadusqꝫ signemus seruos dei nostri in frontibus eoꝝ. Et audiui numerū signatoꝝ centuꝫ quadragintaq̄ttuor milia signati ex omni tribu filioꝝ israel. Tu aūt Post hec vidi turbam L. secūda magnā quā dinūerare nemo poterat ex omnib⁹ gentibus et tribubus et ꝑplis et linguis stantes ante thronū et in cōspectu agni amicti stolis albis et palme in manib⁹ eoꝝ et clamabant voce magna dicentes. Salus đo nostro qui sedet sup thronū et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorū et quattuor animaliū et ceciderunt in conspectu throni in facies suas et adorauerunt deū dicentes amen. Tu aūt. Lectio tercia.

Et respondit vnus de senioribus dicens mihi hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt et vnde venerūt. Et dixi illi. dñe mi tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna et lauerunt stolas suas et dealbauerūt eas in sanguīe agni. Ideo sunt ante thronū dei et seruiūt ei die ac nocte in templo eius. et qui sedet in throno habitabit sup illos. nō esurient neqꝫ sitient amplius. neqꝫ cadet sup illos sol neqꝫ vllus est⁹. qm̄ agnus q̄ in medio throni ē reget illos et deducet illos ad vite fōtes aq̄ꝫ et absterget ds

oēm lachrimaz ab oculis eoz. Tu.

Dñica.iij. post festum

pasce que dicit Jubilate. Ad pri. vs. añ. Alla. cū ps. z hym. vt̄s. in pri. vs octa. pasce hr̄. cū seq̄nti Cap. j. Pet. iij

Hauatis sicut oues errantes. sz conuersi estis nunc ad pastorez et epm animarū vestraz. Deo gr̄. v. Mane nob. Sup mgt Añ. Alias oues habeo q̄ non sunt ex hoc ouili ℣ illas optet me adducere ℣ vocē meā audiēt ℣ fiet vnū ouile et vn⁹ pastor alla. Coll. De⁹ qui in fi. vt̄s in dñica. ij. Deinde Eps resurgens cū cete. vt in suffra. cōsuc. lxxx. Cō/pl. d̄ resur. vt̄s. i oct. pas. ¶ Ad mat. Invit. añ. ps. v. Re. laud. cap. v. añ. sup bñ. Coll. suffra. Similiter ad hos. per oia vt̄s in octa. pasce. preter lcōes que dicunt vt seq̄tur. ¶ Scōz Joh̄ēm illo tpe Dixit (nē. ca. xvj. Iesus discipulis suis. Modicuz ℣ iam non videbitis me. ℣ iterum modicū ℣ videbitis me. quia vado ad patrē. Et rel. Vel. vene. bede.

Notandū aūt q⁹ tota lectōnis huius euangelice series illis quenit qui eam presentes audierunt a domino. pars autē illi⁹ et iam nobis. qui post passionez ℣ resurrectionem dominicā ad fidem venimus aptissime congruit. Ad ergo ait. Modicū ℣ iam non videbitis me. ℣ iterum modicū ℣ videbitis me. quia vado ad patrem ad illos specialiter pertinet qui eius discipline tui predicantis in carne adherere. ℣ post tristiciā passionis visa resurrectione et ascēsione ei⁹ letificari meruerunt. Tu autem. Nam quia hec illa qua L. scōa. tradebatur nocte locutus est modicum erat. id est eiusdem noctis ℣ diei sequentis tempus vsq⁹ ad horam qua illum videre non inceperent. Tēt⁹ enim nocte illa a iudeis ℣ in crastinū crucifixus cum sero factum esset depositus est ō cruce. ℣ intra septa sepulcri ab humanis seclusus obtutib⁹. Et itez modicuz erat vsq⁹ dum illum viderēt Resurrexit enim a mortuis tercia die. ℣ apparuit eis in multis argumentis per dies quadragīta. Tu. Quare autē modicū L Lectio. iij. esset ℣ nō viderēt eū ℣ iterū modicum ℣ viderent eum annectit causam dicens quia vado ad patrem Acti aperte dicat. Ideo post modicum a vestris aspectib⁹ in monumenti claustris abscondor. ℣ iterū post modicuz destructo mortis imperio vobis intuendus appareo. quia tempus est vt expleta dispē/satione assumpte mortalitatis cū resurrectionis triumpho iam reuertar ad patrem. Tu aūt. Cetera vt supza in octa. pasce. ¶ In. ij. vesp. añ. ps. hym. et v. vt supza in octa. pasce in. ij. vespe. Habetur. ¶ Capitulū Obsecro vos tā (j. Petri. ij. ca. q̄ aduenas ℣ peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis que militant aduersus aiam Deo gratias. v. Mane nobiscum domine. Quoniaz aduesperascit. ℣ inclinata est iam dies alleluia. Super mgt vel pro suffr. si de sanctis cānitur Añ. Quid ē hoc quod dicit nobis modicum. nescimus quid loquitur allelupa. ¶ Coll.

Deus qui errantibus vt in viam possint redire iusticie veritatis tue lumen ostendis. da cūctis ꝙ xp̄iana pfessione cēsent ⁊ illa respuere ꝙ huic inimica sūt nomini ⁊ ea ꝙ sunt apta sectari. Per. Deinde suffra. Surrexit dñs ⁊c. vt in suffra. cōsue. lxxxj.

¶ Feria.ij. et cete. fer̄. Ad mat̄ Inuitato. añ. ps. r. v. per oia vtš. feria ij. post octa. pasce notat̄. Sed lc̄ones legūtur de ep̄lis Canoni. vt infra. et legent̄ R. de Hysto. Si oblit⁹ fuero. etiam vt infra post dñicaz. iiij. ¶ Ad laud̄. per hanc hebd̄. Añ. Modicū et non videbitis me allelupa. iteruz modicū ⁊ videbitis me ꝙ vado ad patrem alla alla. p̄s. Dñs regna. cum cete. ps. vj. Cap̄. Obsecro. vtš v. Surrexit xp̄s ⁊ illuxit. Sup bñ. añ. vna de seq̄ntibus sc̄z Cognouit. que sequitur in ordine. Coll'. Deus qui errantib⁹. vtš. Deinde suffra. feriatis diēb⁹ consue. vtš. ¶ Ad p̄ri. ⁊ ad cete. hoš et ad vespe. etiā vtš. Capitu. Obsecro ⁊ Coll'. De⁹ qui errātibus. vtš. dicuntur p totā hebd̄. ad mat̄. iij. vj. iy. ⁊ ad vespe. ⌊ Seq̄ntes añ. dicunt̄ p hanc hebd̄. super bened̄. et magt̄ qñ de tempe canit̄ et non dicuntur p suffra. si de sanctis canitur et repetent̄ si opus fuerit. ⌊ Añ. p̄ima Cognouit añt ihesus ꝙ volebant eū discipuli interrogare ⁊ dicit eis ꝺ hoc queritis inter vos quia dixi modicū ⁊ non videbitis me ⁊ iterꝝ modicū ⁊ videbitis me alla. Añ. ij. Amen amen dico vobis ꝙ ploratis ⁊ flebitis vos. mundus autē gaudebit. vos añt ꝯristabimini sed tristicia vra vertet̄ in gaudiuz alla. Añ. iij. Tristicia vra alla vertetur in gaudiuz alla alla. Añ. iiij. Tristicia impleuit cor vrm alla ⁊ gaudiū vrm nemo tollet a vobis allelupa alla. Añ. v. Mulier cū parit tristiciam habet quia venit hora eius allelupa. cum autez pepererit puerum iam non meminit pl̄sure p̄ropter gaudium allelupa.

Dñica.iiij. post festuz

pasce que dicitur Cātate. Ad p̄ri. vš añ. p̄s. et Hym. vt supra in octa. pasce in p̄imis vespe. habet̄. Cap̄. Obsecro. vt supra. v. Mane nobiscū do. Super magt̄ añ. Iterum videbo vos ⁊ gaudebit cor vestruz alleluia. ⁊ gaudiuz vrm nēo tollet a vobis alla. Coll'. Deus qui errantibus. vt supra. Deinde Christ⁹ resurgēs cū cete. vt in suffra. cōsue. lxxxv. ⌊ Cōpleto de resurrectio. vtš ⌊ Ad mat̄. Inuitato. añ. ps. v. R. Laud̄. ⁊ cete. oia vt sup̄ in octa. pasce d̄r̄ p̄ter lectiōes que dicuntur vt sequitur. ¶ Sc̄m

In illo tēpo (Joh̄em. ca. xvj. re Dixit ihesus discipulis suis Vado ad eum qui misit me. et nemo er vob̄ interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis tristicia impleuit cor vestrum Et reliqua. Omel'. venera. bede p̄sb̄y

Vado inquid dominus ad eum qui me misit et nemo er vob̄ interrogat me quo vadis. Ac si apte dicat. reuerto⁊ ascendēdo ad eū qui me incarnari constituit. Et tāta tanḡ manifesta erit eiusde⁊ ascēsionis claritas. vt nemini vestꝝ opus sit interrogare quo vadam videntibus cunctis. qua ad celos pergam. Bene añt cum de ascen-

sione sua dixisset. vado ad eū qui me misit. addidit. Et nemo ex vob interrogat me quo vadis. Tu aūt Superius nāq; cū de sua ℔ .ij. passione ptestaretur. dicens quo ego vado vos nō potestis venire. interrogauit eū petrus ꝛ ait. Domine q̄ vadis. Cui sum est ei. Quo ego vado non potes me modo seq̄ sequeris aūt postea. Quia nimiq; passionis mortisq; eius mysteriū necdū intelligere necdū poterant imitari. maiestatē vo ascensionis statim vt vere cognouerūt. totis animi votis vt sequi mererentur optabant. sed q; hec locut? sum vobis. tristicia impleuit cor vrm. Tu Sciebat dñs ipse quid ¶ Lcō.iij. hec sua vba in discipulorū cordib? ageret. q; videlz tristiciā magis de abscessu q̄ eos desereret q̄ de ascē/ su quo patrē peteret leticiā gene/ rarēt. Vnde benigne ꝯsolādo sub iunxit. sed ego veritatē dico vobis expedit vob vt ego vadā. Expedit vt forma serui vris subtrahat aſ/ pectib?. q̄tenus amor diuinitatis vestris artius infigat in mentib?. Tu. Ceſ. vtš. in octa. pasce. ¶ In ij. vš. añ. Alla. ps Dixit dñs. xlj. cū ceſ. vtš. in octa. pasce. hȳ. Jesu nra. ccvij.

OMne datū op ℔ Cap. Jaco. j. timū ꝛ oīe donū pfectū de/ sursum est descendens a patre lu/ minū. apud quē non est trāsmuta tio nec vicissitudinis obumbratio Deo. Predictū cap. cū coll'. seq̄n. diceſ p hebd. ad vš. matutī. iij. xj. ꝛ ix. v. Mane no. Sup mgt vel p suffra. si de sanctis canit. Añ. Vado ad eum qui me misit ꝛ nemo ex vobis int/ rogat me quo vadis alla. ℔ Colla.

DEus qui fideliū mentes vni/ us efficis volūtatis: da pplis tuis id amare qđ pcipis id desi/ derare qđ promittis. vt inter mūda/ nas varietates ibi nostra fixa sint corda. vbi vera sunt gaudia Pdo. Deinde suffra. Surrexit dñs vt in ¶ Feria.ij. (suffra. cōsue. lxxxvj. et cete. feſ. per hebd. Ad mat. Jnuit. etc. oīa vtš. signat feria.ij. post octa. pasce. ℔ cōnes de ep̄lis Canonicis vt infra que sequunt in ordine. Ꝛ. de hy sto. Si oblit?. etiā vt infra. fm ordi/ nē. ¶ Seqns añ. dicetur ad laud. per Omne datum (hanc hebdo. Añ. optimū ꝛ omne donū perfectū de sursum est descendens a patre lu/ minū allelupa. Cap. Oīe datum optimū. vtš. v. Surrexit xps. vtš Sup bñ. añ. vna de seq̄ntibus scilicz Vado ad eum. fm ordinem. Coll'a. Deus qui fidelium. vtš. Deiñ suf fra consue. vt supra. ¶ Ad pri. ꝛ ad ce te. hoš. vtš. feria.ij. post octa. pasce. ¶ Seq̄ntes añ. dicentur p hanc heb do. sup mgt et bñ. quādo de feria ca/ nitur ꝛ non dicuntur pro suffra. si de sanctis canitur Et repetūtur si op? fuerit. Añ. j. Vado ad eum qui mi/ sit me sed quia hec locutus sum vo/ bis. tristicia ipleuit cor vestrū alla Añ. ij. Ego veritatē dico vobis. ex pedit vobis vt ego vadaz. si enim nō abiero paraclitus non veniet alla. Añ. iij. Cum venerit paracli tus spiritus veritatis ille arguet mundum de peccato et de iusticia ꝛ de iudicio allelupa. iiij. Añ. Ad/ huc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo cū au/

tem venerit ille spiritꝰ veritatis docebit vos omnē veritatē alla. Rñ. v. Cum aūt venerit ille spiritꝰ veritatis docebit vos omnē veritatē ℣ que ventura sunt annūciabit vobis alla. Rñ. vj. Non enī loquitur a semetipso sed q̄ vēture sunt annūciabit vobis alla. ¶ Sequit̄ Hystoria. Si oblitus. que cantanda est a dom̄ica tertia post festū pasce feriatis diebus vsq; ad ascensio. dñi. q̄ finita iterum reincipitur addendo sp ad tertiū R̄. Glia pr̄i. ℣ Et legentur p idem tempꝰ Canonice epl̄e vt infra L R̄. j. Si oblitꝰ fuero tui alla. obliuiscatur me dextera mea. Adhereat lingua mea faucibus meis si non meminero tui alla all. ℣. Super flumia babilonis illic sedim̄ ℣ fleuim̄ dū recordaremur tui spon. Rñ. R̄. ij. Viderūt te aque deꝰ viderūt te aque ℣ timuerūt. Multitudo sonitus aquaꝝ vocē dederūt nubes alla alla alla. ℣ꝰ. Illuxerūt choruscationes tue orbi terre commota est ℣ contremuit terra. Rñ. R̄. iij. Narrabo nomē tuū fratribus meis alla. In medio eccl̄e laudabo te alla all. ℣. Qui timetis deum laudate eū vniuersū semē iacob glorificate eū. In R̄. iiij. In toto corde meo alla exquisiui te alla. Ne repellas me a mandatis tuis alla alla. ℣. Vide humilitatē meā ℣ eripe me. q; legē tuā non sum oblitus. Ne. R̄. v. In eccl̄esijs benedicite deo alla. Dño de fontib; isrl̄ alla alla. ℣. Cantate domiō canticum nouū. cantate domino oīs terra Domino. L R̄. vj. Hymnum cantate nobis allelupa quomodo cantabimus canticū domini. In terra aliena alla alla. ℣. Sup flumina babilonis illic sedim; ℣ fleuimus dum recordaremur tui spon. In R̄. vij. Deus canticū novū cantabo tibi alla. In psalterio decem cordarū psallaz tibi alla allelupa. ℣. Deus meus es tu ℣ confitebor tibi deus meus es tu ℣ exaltabo te. In psal R̄. viij. Allelupa audiuimus eaz in effrata inuenim; eā in campis silue. Introibim; in tabernaculū eī; adorabim; in loco vbi steterūt pedes eius alla all. ℣. Surge dñe in requiem tuā tu ℣ archa sanctificationis tue. In. R̄. ix. Deduc me in semita mādatoꝝ tuoꝝ allelupa quoniā ipam volui allelupa. Inclina cor meū in testimonia tua allelupa alla allelupa ℣. Auerte oculos meos ne videāt vanitatem in via tua viuifica me In cli. L R̄. x. Allelupa fac cum seruo tuo. Scōm misc̄diam tuaz alla alla alla. ℣. Seruus tuus suz ego da mihi intellectuz vt discam mādata tua. Scōm. L R̄. xj. Cantate deo alla. Psalmū dicite all. ℣. Date gliam laudi eius. Psal. R̄. xij. Bonum est confiteri dño alla. Et psallere allelupa. ℣. Ad annūciandum mane misericordiā tuā ℣ veritatē tuam per noctē. Et. R̄. xiij. Dicant nunc qui redēpti sunt allelupa. Ad dño alla. ℣ꝰ. Quos redemit de manu inimici ꝺ regionib; cōgregauit eos. Ad o. Deinde. R̄. Si oblitus fue. cū cete. vt̄s.

¶ Sequunt Epl̄e canonice legē de a dñica .iij. post festū pasce vsq; ad dominicam quintam. Jubilate.

Iacob? dei ¶Le.pri. Jaco.j. ℣ dñi nostri iesu xp̄i seru? duodecī tribub? q̄ sunt i dispersione salutē. Oīne gaudiū existimate frēs mei cū in tēptatiōes varias incideritis. sciētes q̄ pba/tio fidei vr̄e patientiā opat. Patientia aūt op? pfectū habet vt sitis pfecti ℣ integri in nullo deficiētes Si q̄s aūt vestrū indi (Tu.⌊L.ij. get sapiētia postulet a deo qui dat oībus affluēter et nō improperat ℣ dabit ei. Postulet aūt in fide nihil hesitans. Qui eī hesitat simi/lis est fluctui maris q̄ a vento mouet ℣ circūfert. nō ergo estimet hō ille q̄ accipiat aliquid a dño. Tu. Vir dupler aīo inconstās ⌊L.ij. est in oīb? vīs suis. Glorietur aūt frat̄ hūilis in exaltatōe sua. dines aūt in hūilitate sua. qm̄ sicut flos feni trāsibit. Exort? est eī sol cū ardore ℣ arefecit fenū ℣ flos ei? decidit et decor vultus eius depe/rijt. Jta et dines in itinerib? suis Bmarcescet. Tu aūt. L.prima. Beatus vir qui suffert tēptatiōnē. qm̄ cū pbatus fuerit accipiet coronā vite quā repromisit dē? diligentib? se. Nemo cū tēptatur dicat qm̄ a deo tēptat. Deus eī intēptator malor est. Ipse aūt nemi/nē tēptat. Vnusquisq; vero tēptatur a ꝯcupiscētia sua abstract? et illect?. Deinde ꝯcupiscētia cū ꝯce/perit parit pctm̄. Pctm̄ vo cū consummatū fuerit generat mortē. Nolite itaq; errare (Tu.⌊L.ij. frēs mei dilectissimi. Omne datū optimū ℣ oīne donū pfectū de sursum est descendens a p̄re luminū. apud quem non est trāsmutatio: nec vicissitudinis obūbratio. Volūtarie eī genuit nos vbo veritatis vt sim? initiū aliq̄ creature ei Scitis frēs mei di (us.Tu.⌊L.ij lectissimi. Sit aūt oīs hō velox ad audiendū tardus aūt ad loq̄ndum ℣ tardus ad irā. Jra eī viri iusticiā dei non operatur. p̄ter q̄ abīci/entes oēm immūdiciā ℣ abundātiā malicie in mansuetudine suscipite insitū vbū q̄ pōt saluare animas vestras. Tu aūt ⌊L.pri. Estote ḡ factores verbi ℣ non auditores tm̄ fallentes vosmetip/sos q: si quis auditor ē verbi et nō factor hic ꝯparabitur viro ꝯsiderāti vultū natiuitatis sue in speculo. ꝯsiderauit eī se ℣ abijt ℣ statī oblitus ē qualis fuerit. Qui aūt pspexerit in lege pfecte libertatis ℣ permanserit in ea. nō auditor obliuiosus factus: sed factor operis. hic beatus in facto suo erit. Tu aūt. ⌊L.ij. Si q̄s aūt putat se religiosum esse non refrenans linguā suā sz̄ seducens cor suū hui? vana est religio. Religio mūda ℣ immaculata apud deū ℣ p̄rem hec est visitare pupillos ℣ viduas in tribulatōne eor ℣ immaculatū se custodire ab hac scō Frēs mei nolite (Tu.⌊L.ij.ca.ij in psonar acceptione hr̄e fidē dñi nr̄i iesu xp̄i glie. Eteī si introierit in ꝯuētu vr̄o vir aureū anulū habēs in veste candida introierit autē ℣ paup in sordido habitu ℣ intēdatis in eū qui indut? est veste p̄clara. ℣ dixeritis ei: tu sede hic bñ. paupi aūt dicat. tu sta illic aut sede sub scabello pedū meor. nonne

iudicatis apud vosmetipsos et facti estis iudices cogitationū iniq;

HOdite frēs mei (Tu. L. pri. dilectissimi. Nōne deꝰ elegit pauperes in hoc mūdo diuites in fide ⁊ heredes regni qđ pmisit deꝰ diligentib⁹ se. vos autē exhonorastis pauperē nōne diuites p potentiā opprimūt vos ⁊ ipi attrahunt vos ad iudicia nōne ipi blasphemant bonū nomē qđ inuocatū ē sup vos Si tm legē pficitis regalē ām scripturas. diliges primū tuū sicut teipm: bñfacis. Si aūt psonas accipitis pctm opāmi redarguti a lege quasi transgressores. Tu. L. ij. Quicūq; totā legē seruauerit offendat aūt in uno. factꝰ est oim reus. Qui eīm dixit nō mechaberis dixit ⁊ nō occides. Qđ si nō mechaberis occidas aūt factꝰ es trāsgressor legis. Sic loquimi ⁊ sic facite sicut p legē libertatis incipientes iudicari. Judiciū eīm sine misericordia illi q nō facit misericordiā. Superaltat aūt misericordia iudiciū. Tu aūt. L. Lect. iij. Quid pderit frēs mei. si fidem qs dicat se hre. opa aūt non habeat. Numqđ pōt fides saluare eum. Si aūt frat aut soror nudi sint. ⁊ indigeāt victu qtidiano. dicat āt aliqs ex vob illis ite in pace calefacimini ⁊ saturamini nō dederitis aūt eis q necessaria sunt corpi qđ pderit. Sic ⁊ fides si nō habeat opera mortua est in semetipa. Tu. L. j.

SEd dicit qs. Tu fidē habes et ego opa habeo. Oñde michi fidē tuā sine opibus. et ego oñdaz tibi ex opibus fidē meā. Tu credis qm vnus est ds bñfacis. Et demones credūt ⁊ ptremiscunt. Vis autez scire o hō inanis. qm fides sine opibus otiosa est. Abraā pater noster nonne ex opibus iustificatꝰ est offerēs ysaac filiū suū sup altare. Vides qm fides (Tu. L. Lectio. ij. coopabat operib⁹ illius ⁊ ex operibus fides ꝯsūmata est. Et supleta est scīptura dicēs. Credidit abraam deo ⁊ reputatū est illi ad iusticiā ⁊ amicꝰ dei appellatꝰ est. Tu āt. Videtis qm ex opib⁹ iusti L. iij. ficat hō ⁊ nō ex fide tm. Similiter autez ⁊ raab meretrix nōne ex opib⁹ iustificata ē. suscipiens nuncios ⁊ alia via eīciens. Sicut eīm corpus sine spū mortuū est. ita ⁊ fides sine opibus mortua est. Tu. L. Lectio. j.

NOlite plures magistri fieri frēs mei. sciētes qm maiꝰ iudiciū sumitis. In multis eīm offendim⁹ oēs. Si qs in vbo nō offendit hic pfectus ē vir. Pōt etiam freno circūducere totū corpꝰ. Si aūt eqs frena in ora mittim⁹. ad ꝯsentiendū nob oē corpꝰ illoz circūferim⁹. Ecce ⁊ naues cū ma (Tu. L. e. ij. gne sint ⁊ a ventis validis minentur: circūferunt aūt modico gubernaculo vbi impetꝰ dirigentis voluerit. ita ⁊ lingua modicū quidez membrū est ⁊ magna exaltat. Ecce qntus ignis qm magnā siluā incendit Et lingua ignis est. vniuersitas iniquitatis. Tu. L. Lectio. iij. Lingua ꝯstituit in mēbris nris que maculat totū corpꝰ ⁊ inflammat rotā natiuitatis nre inflammata a gehēna. Omnis eīm natura bestiaz ⁊ volucrū et serpentiuz etiā ⁊ ceteroꝝ domant et domita

C

sunt a natura humana. Linguaz aũt nullus hoĩm domare potest. Inquietũ malum: plena veneno mortifero. Tu aũt. Lectio. j.

Petrus apostolus ieſu xp̃i electis aduenis dispłionis ponti. galacie. capadocie. asie ꝛ bithynie. ſm prescientiã dei p̃ris in sanctificationẽ spũs. in obedientiã ꝛ aspłionez sanguis ieſu xp̃i gr̃a vob̃ et pax multiplicetur. Tu. Lectio. ij.

Benedict⁹ deus ꝛ pat̃ dñi nr̃i ihu xp̃i qui ſm miscdiam suã magnaz regenerauit nos ĩ spem viuã p resurrectionẽ ieſu ex mortuis in hereditatẽ incorruptibilez ꝛ incõtaminatã ꝛ immarcescibilẽ. Conservatã in celis ĩ vob̃ qui in vtute dei custodimini p fidez in salutẽ paratã reuelari in tpe nouissimo ĩ quo modicuz (exultabitis. Tu. T. iij. nũc si oportet ꝯristari in varijs tẽptatiõib⁹. vt pbatio vr̃e fidei multo pciosior sit auro qđ p ignẽ pbat̃ inueniat̃ in laudẽ ꝛ gloriã ꝛ honorẽ in reuelationẽ ieſu xp̃i. Quẽ cũ nõ videritis diligitis. In quez nũc quoq; non vidẽtes creditis. credẽtes aũt exultabitis leticia inenarrabili et glificata reportãtes finez fidei vestre salutẽ aiar̃ vr̃ar̃. Tu.

De qua salute exq̃ (T. prima. sierũt. atq; scrutati sunt prophete q̃ de futura in nob̃ gr̃a pphetauerũt scrutãtes in qđ vel quale temp⁹ significaret in eis spũs xp̃i prenũcians eas q̃ in xp̃o sunt passiones ꝛ posteriores glias quibus reuelatũ est qz non sibĩpis vobis aũt ministrabãt ea q̃ nũc nunciata sunt vob̃ p eos qui euangelizauerunt vobis spiritusancto misso ꝺ celo in quẽ desiderãt angeli prospicere. Tu. T. ij.

Propter qđ succincti lũbos mẽtis vestre sobrij et pfecti sperate in eam q̃ offertur vob̃ gr̃am in reuelationẽ ieſu xp̃i q̃si filij obedientie. nõ ꝯfigurati pristinis ignorãtie vr̃e desideriis. sz ſm eũ qui vocauit vos sanctũ vt ipsi in oĩi ꝯuersatõne sancti sitis q̃m scriptũ est. Sancti eritis quoniã ego sanctus sum. Tu. T. iij.

Et si patrẽ inuocatis eũ q̃ sine acceptione płonarũ iudicat ſm vnicuiusq; opus in timore incolat⁹ vr̃i tpe cõuersamini scientes q̃ nõ corruptibilib⁹ auro vel argẽto redẽpti estis de vana vr̃a ꝯuersatione patne traditionis sed preciosso sanguine q̃si agni incõtaminati ꝛ imaculati ieſu xp̃i. p̃cogniti quidẽ ante ꝯstitutionẽ mũdi. manifestati aũt in nouissimis tpibus ꝓpter vos qui p ipm fideles estis in deo q̃ suscitauit eũ a mortuis ꝛ dedit illi gliam vt fides vr̃a ꝛ spes esset in

Hoc est aũt (deo. Tu. T. pri. verbũ qđ euãgelizatuz est in vob̃. Deponentes g̃ oẽm maliciaz ꝛ oẽm dolum ꝛ simulationes ꝛ invidias ꝛ oẽs detractiões sicut mõgeniti infantes ratiõabiles ꝛ sine dolo lac ꝯcupiscite vt in eo crescat⁹ in salutẽ. si tñ gustastis q̃m dulcis

Ad quẽ acce (est dñs. Tu. T. ij. dentes lapidẽ viuũ ab oĩib⁹ quidem reprobatum a deo autez electum ꝛ honorificatũ ꝛ ipsi tanq̃ lapides viui superedificami domos spirituales sacerdotiũ sanctũ offerentes spiritales hostias accepta/

biles deo per ieſum xpm. Propter
qō ꝯtinet ſcriptura. Ecce ponaz in
ſyon lapidē ſummū angularē p/
batū electū precioſuz ⁊ omnis qui
crederit in eū non ꝯfundet. Tu āt.
Vobis igitur honor credē L.iij.
tibus nō credentib? aūt lapis quē
reprobauerūt edificantes hꝫ fact?
eſt in caput anguli ⁊ lapis offenſi
onis ⁊ petra ſcādali. his qui offen
dūt verbo nec credunt in quo ⁊ po
ſiti ſunt. Vos aūt genus electū. re
gale ſacerdotiū. gens ſcta. ppls ac/
quiſitionis. vt vtutes annūcietis
ei? qui de tenebris vos vocauit in
ammirabile lumē ſuum. Qui ali
qñ non pplus dei. nūc aūt ppls dī. q̄
nō ꝯſecuti miſcdiaz. nunc aūt miſe
ricordiā ꝯſecuti. Tu. L.pri.
Chariſſimi obſecro vos tanq̄
aduenas ⁊ pegrinos abſtinē vos
a carnalib? deſideriis. q̄ militant
aduerſus aīam ꝯuerſationē vrāz
inter gentes hñtes bonaz. vt in eo
qō detractāt de vob tanq̄ de male
factoꝛib? ex bonis opib? vos ꝯſide
rantes glificēt deū in die viſitatio
Subiecti eſtote (nis. Tu. L.ij.
omni hūane creature ꝓpter deū. ſi
ue regi q̄ſi precellenti. ſiue ducib?
tanq̄ ab eo miſſis. ad vindictam
malefactoꝛ laudē vo bonoꝛ. q: ſic
eſt volūtas dei vt bñfacientes ob/
muteſcere faciatis imprudentiuz
hoīm ignorantiaz. Quaſi liberi et
nō quaſi velamē hñtes malicie li/
bertatē. ſed ſicut ſerui dei oēs ho/
norate. fraternitatē diligite. deuz ti/
mete regē honorificate. Tu. L.iij.
Serui ſubditi eſtote in oñi timo
re dñis. non tm̄ bonis ⁊ modeſtis.
ſed etiā diſcolis. Hec ē em̄ gra ſi p
pter dei ꝯſcientiā ſuſtinet q̄s triſti
cia patiēs iniuſte Que ei eſt gra ſi
peccantes ⁊ collaphiſati ſuffertis.
ſed ſi bene facietes patienter ſuſti
netis hec eſt gra apud deū. Tu āt.
In hꝫ em̄ vocati eſtis L.prima
q: xps paſſus eſt p nobis vob
relinquēs exemplū vt ſeq̄mini ve
ſtigia ei? qui peccatū non fecit. nec
inuent? eſt dolus i oꝛe ei?. Qui cuz
malediceret non maledicebat. cuz
pateret non comminabat. Trade
bat aūt iudicanti ſe iniuſte. q̄ pcta
nra ipe ptulit in coꝛpe ſuo ſuper li
gnū vt peccatis mortui iuſticie vi
uamus cuius liuore ſanati eſtis.
Eratis em̄ ſicut oues errantes. ſz
conuerſi eſtis nunc ad paſtoꝛem ⁊
epm animaz veſtraz. Tu. L.ij.
Similiter ⁊ mlieres ſubdite ſint
viris ſuis vt ⁊ ſi q̄ non credūt ver/
bo p mulierū ꝯuerſationē ſine v/
bo lucrifiant. cōſiderātes in timo/
re caſtā ꝯuerſationē veſtrā. Qua
rū ſit non extrinſecus capillatura
aut circūdatio auri aut indumen
ti veſtimētoꝛ cultus. ſed q̄ abſcon
ditus eſt coꝛdis hō in incoꝛruptibi
litate quieti ⁊ modeſti ſpirit? q̄ eſt
in ꝯſpectu dei locuples. Tu. L.iij.
Sic em̄ aliqñ ⁊ ſcte mulieres ſpe
rantes in deū ornabāt ſe ſubiecte
ꝓpꝛijs viris ſicut ſara obediebat a
brae dñm euz vocās cui? eſtis filie
bñfacietes ⁊ non ptimētes vllam
pturbationē. Viri ſiliter cohabi/
tātes ſm̄ ſciaz q̄ſi infirmioꝛi vaſcu
lo mulieb̄i impꝛtientes honorē tā
q̄ coheredib? gre vite vt nō impe
diant oꝛōnes vre. Tu. L.prima.

Dñica.v.post festum pasce.

In fide aũt oẽes vnanimes cõpatientes fraternitatis amatores misericordes modesti humiles nõ reddẽtes malũ ꝓ malo. nec maledictũ ꝓ maledicto. sed econtrario bñdicẽtes qꝛ in hoc vocati estis vt bñdictionẽ hereditate possideatis. Qui eñ vult vitaꝫ diligere ⁊ dies videre bonos. coerceat linguã suã a malo ⁊ labia eiꝰ ne loquant dolum. Tu. ℔ Lectio sc̃a. Et ꝙs est qui vobis noceat. si boni emulatores fueritis. Sed ⁊ si ꝙd patimini ꝓpter iusticiã beati Timorẽ aũt eoꝝ ne timueritis vt nõ ꝯturbemini. Dñm aũt xp̃m sanctificate in cordibꝰ vestris parati semp ad satisfactionẽ oĩ poscenti vos rationẽ ꝺ ea q̃ in vob est spe. sꝫ cũ modestia ⁊ timore ꝙsciaꝫ hñtes bonã vt in eo qð detrahũt de vob ꝙfundant qui calũniant vr̃am bonã in xp̃o ꝯuersationẽ. Tu aũt. ℔ T.ij. Melius est eñ vt bñfaciẽtes si voluntas dei velit pati. q̃ malefacientes qꝛ xp̃s semel ꝓ pc̃is nr̃is mortuus est. iustus ꝓ iniustis vt nos offerret deo mortificatos quidem carne. viuificatos aũt spũ In quo ⁊ his q̃ in carcere erãt spiritu veniens p̃dicauit: qui increduli fuerãt aliquãdo qñ expectabãt dei patiẽtia in diebꝰ noe. cũ fabricaret arca in qua pauci. id ẽ octo aĩe salue facte sunt ꝓ aquã. Tu. ¶ Nota si festũ officiatũ inciderit in dñicam. ꝓvimã seq̃ntẽ aut feriã. ij. seq̃n. Hoc anticipabitur in sabba. aut si ibi fuerit festuꝫ tunc anticipabit in sextã feriã ꝛc.

Dñica.v.post festum

pasce que dicitur Vocẽ iocũditatis. seu dñica in rogationibꝰ. Ad pr̃i. vs̃. añ. ps̃. Hÿ. ꝛ v. vt̃s. in pr̃i. vs̃ in octa. pasce. Cap̃. Omne datũ. ccv Sup magt Añ. Ille me clarificabit. q̃a de meo accipiet ⁊ annũciabit vob alla. Coll. Deꝰ qui fide. vt̃s. Señ. Xp̃s resurgens. cũ cete. vt in suffracõsue. lxxx. ¶ Ad mat. Inuitat. añ. ps̃. v. R̃. et cetera oĩa vt̃s. in oct. pas.

In il. ¶ Scõm Johem. xvj. ca. Ipse Dirit ie. disci. suis. Amen amẽ dico vob. Si ꝙd petieritis patrẽ in nomĩe meo. dabit vob. Vsq̃ mõ non petistis q̃cq̃: petite ⁊ accipietis. vt gaudiũ vestrũ plenũ sit.

Et rel. Ome. venc. Bede p̃s. de.

Poteſt mouere infirmos auditores quõ in capite lcõnis huius euãgelice discipulis saluator ꝓmittat. si ꝙd inquiẽs petieritis patrẽ in nomĩe meo dabit vob. cũ nõ solũ nostri filies multa que patres in xp̃i noĩe videnꝫ petere non accipiant. verũetiã ipse apl̃s paulus ẽrtio dñm rogauerit. vt a se angelus sathane a quo tribulabaꝫ abscederet. nec impetrare potuerat Sed huiꝰ motio q̃stio (Tu. ℔ T.ij. nis antiqua iã patrũ explanatiõe reserata est q̃ veraciter intellexerũt illos soluꝫ in noĩe saluatoris petẽ. q̃ ea que ad ꝑpetuã salutẽ ꝑtinent petũt. ideoq; apl̃m non in noĩe saluatoris petisse. vt tẽptatione careret quã ob custodiã hũilitaꝫ acceperat. qꝛ si hac caruisset saluꝰ esse nõ posset. ipo affirmãte cũ ait. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me. datꝰ est mihi stimulus carnis mee angelꝰ sathane. vt me col

Quotiēscūq; (laphiset. Tu. L. Y. iij
q̄ petētes non exaudimur. ido fit.
q; vel ꝯtra auxiliū nr̄e salutis pe/
tim⁹. ac ꝓterea a misericordie pa/
tre bñficij gr̄a nob̄ q̄d inepte peti/
mus negat. Q̄d eidē paulo ap̄lo
ꝓtigisse, pbatur. cui ter petenti re/
sponsū est. Sufficit tibi gr̄a mea.
Nā virtus in infirmitate pficitur
Vel utilia quidē ⁊ que ad verā sa
lutē respiciāt petim⁹. Sed ipsi ma
le viuēdo auditū a nob̄ iusti iudic⁹
auertim⁹ incidentes in illud. Sa/
lomonis. Qui auertit aurē suam
ne audiat legē, oratio eius erit ex/
ecrabilis. Tu. Cete. vt̄s i octa. pas.
¶ Jn. ij. vs̄. añ. ps̄. Hym. etiā vt̄s. in
ij. vs̄. octa. pas. ccvij. ¶ Cap̄. Jaco. j.

Estote factores verbi ⁊ nō au
ditores tm̄. fallentes vosmet
ipsos. q; si quis auditor est verbi ⁊
nō factor hic ꝓparabit̄ viro ꝓside/
ranti vultū natiuitatis sue in spe
culo. Deo. v. Mane nob̄. L. Super
m̄gt vel p̄ suffra. si de sanctis canitur
Añ. Petite ⁊ accipietis vt gaudi/
um vr̄m plenū sit ipe eīm p̄r̄ amat
vos. q; vos me amastis ⁊ credidi/

Deus a q̄ bona (stis alla Coll'.
cuncta ꝓcedunt. largire sup
plicib⁹ tuis. vt cogitem⁹ te inspirā
te q̄ recta sunt ⁊ te gubnante eadē
faciam⁹. P. Deiñ suffra. cōsue. vt̄s.
¶ Nota q; ab hac die vsq; ad oct. sa/
cramen. non seruant festa officia. nec
festa coll'. in horis nec suffragat̄ de eis
nisi tm̄ cū coll'. in mat. Si tm̄ habue/
rit ꝓpriā añ. illa suffragat̄ in vs̄. et
mat. cū v. ⁊ coll'. d̄ sanctis ⁊c. excepta
hebd̄. penth̄. in illa nulla mētio fit ali
cui⁹ scitā ad missaz q̄p ad hos. q̄tuz
magnū etiā fuerit. Si vo festa omel'.
inciderit infra hāc hebd̄. ⁊ vig. penth̄
illa seruant cū suffra. de die ⁊ suffra.
cōsue. exceptis die asc̄e. ⁊ dñica infra
octa. ⁊ octa. ascen. ⁊ vigi. penth̄. No
ta etiā q; feria. ij. iij. ⁊ iiij. in rogatiōi
bus ñ vtimur carnib⁹ nec ieiunat̄ ni
¶☞ Feria. ij. in ro (si qs voluerit.
gationibus Ad mat̄. Jnuit. añ. ps̄ ⁊
v. vt̄s. fer̄. ij. post octa. pasce notatur
Lcōnes d̄ omel'. seq̄nti. Si inciderit i
hāc feriā. ij. aut. iiij. festū omel'. tūc le/
gent̄ due omel'. prima d̄ festo. p̄ pri. le
ctione. ⁊ scd̄a de feria p. ij. ⁊. iij. lectio.
cū suffra. de rogationi. ⁊ de feria ⁊ cō/
sue. Cete. de festo omel'. ¶ Scd̄m Lu

In illo tpe. Di. ie. di. (cam. vj.
luis. Quis vestrū habebit̄ a/
micū ⁊ ibit ad illū media nocte ⁊ di
cet illi. Amice accomoda mihi tres
panes q̄m amicus meus venit de
via ad me. ⁊ nō habeo q̄d ponā an
te illū. Et rel'. Omel'. vene. bede p̄s. d̄

Amicus ad quē media nocte
venit ipse deus intelligit̄. cui
i media nocte supplicare. ⁊ tres pa
nes id est intelligētia; trinitatis q̄
pūtis vite ꝓsolent̄ labores efflagi
tare debemus. Amicus q̄ venit de
via ipse nr̄ est anim⁹ q̄ totiēs a no/
bis recedit quotiēs ad appetenda
frena ⁊ tpalia foris vagat̄. Redit
q̄ celestiq; alimonia refici deside/
rat cū i se reuersus supna cepit ac
spūalia meditari. Tu. R̄. de Hysto.
Si oblit⁹. que sequnt̄ in ordine. vt̄s.
De quo pulcre q̄ petierat L. Y. ij.
adiūgit non se hr̄e q̄d ponat ante
illū. q̄m aīe post scli tenebras deu;
suspiranti nil ꝑter eū cogitare. nil
loq̄ libet. nil intueri. ꝛ solū q̄d recto

qui sermonē tuū rex possit imple/
re: sed neq; regū quispiā magn et
potēs verbū huiuscemōi scisciat:
ab oi ariolo ⁊ mago ⁊ caldeo. Tu.
Dixerūt caldei ad regē. Smo
nem quē tu rex queris grauis
est: nec repietur quisq; qui indicet
illū in ꝯspectu regis: exceptis dijs
quoz nō est cū hoīb⁹ ꝯuersatio.
Quo audito rex in furore ⁊ in ira
magna p̄cepit vt perirēt oēs sapi
entes babilonis. Et egressa sentē
tia sapiētes interficiebant: q̄rebā
turq; daniel ⁊ socij eiꝰ vt pirēt. Tu
Tunc daniel requisiuit ō lege at/
q; sententia ab arioth p̄cipe mi
litie regis: q̄ egressus fuerat ad i/
terficiendos sapientes babilonis
Et interrogauit eum qui a rege po
testatem acceperat: quam ob cau
sam tam crudelis sententia a fa/
cie regis esset egressa. Tu autem.
Cum ergo rem indicasset arioth
danieli. daniel ingressus rogauit
regem vt tempus daret sibi ad so
lutionem regi indicandam. Et in/
gressus est in domum suam ana/

niez ⁊ mpsaeli ⁊ azarie socijs suis
indicauit negociū vt q̄rerēt mise/
ricordiā a facie dei celi sup sacmen
to isto ⁊ nō pirent daniel ⁊ socij ei⁹
cū ceteris sapiētib⁹ babilonis. Tu
Vnc danieli p visionez nocte
mpsteriū reuelatū est. Et da
niel bn̄dixit do celi: ⁊ locut⁹ ait Sit
nomē dn̄i bn̄dictū a sclo ⁊ vsqz i se/
culū: q; sapia ⁊ fortitudo ei⁹ sē ⁊ ip
se mutat tpa et etates Trāsfert re
gna atqz ꝓstituit: dat sapientiā sa/
piētib⁹ ⁊ sciaz intelligētib⁹ disciplī
nā. Ipse reuelat ꝓfunda ⁊ absconditā: ⁊ nouit in tenebris ꝓstituta ⁊
lux cū eo est. Tibi ds patz nr̄oz cō/
fiteor tez laudo: q; sapiam ⁊ forti
tudinē dedisti mihi. ⁊ nunc oñdisti
mihi q̄ rogauim⁹ te: q; ꝰmonē re/
Nostꝝ da (gis apuisti nob. Tu.
niel ingressus ad arioth quez ꝓsti/
tuerat rex vt pderet sapiētes babi
lonis sic ei locut⁹ est. Sapiētes ba
bilōis ne pdas. Introduc me in cō
spectū reg⁹ ⁊ solutionē regi narra
bo. Tunc arioth festin⁹ introduxit
danielē ad regē et dixit ei. Inueni
hoiez ꝺ filijs trāsmigrationis iude q̄
solutionē regi annunciet. Tu aūt
Rñdit rex ⁊ dixit danieli cui⁹ no/
mē erat balthasar Putas ne vere
potes indicare mihi somniū qō vi
di ⁊ interp̄tatiōez ei⁹. Et rñdēs da/
niel coram rege ait Mpsteriū qō rex
interrogat sapiētes magi ⁊ arioli ⁊
aurispices nequeūt indicare regi
sed est ds in celo reuelās mpsteria
que ondicabit tibi nabuchodonosor
rex que ventura sunt nouissimis
D temporibus. Tu autem.
Ixitqz daniel ad nabuchodo
nosor regem. Somnium tuum et
visiones capit⁹ tui in cubili tuo hu
iusmōi sūt. Tu rex videbas. Et ec/
ce q̄si statua vna grādis statua il/
la magⁿ et statura sublimis stabat
ꝓ te. ⁊ intuit⁹ eius erat terribi/
Qui⁹ statue caput ex au (lis. Tu.
ro erat optio. pect⁹ autē ⁊ brachia
de argēto. porro vēter ⁊ femora ex
ere. tibie aūt ferree ⁊ pedū q̄dā ps
erat ferrea queda⁹ fictilis. Tu aūt
Videbas itaqz donec abscisus est
lapis de mōte sine manib⁹ ⁊ pcus/
sit statuā in pedib⁹ eius ferreis et
fictilib⁹ ⁊ cōminuit eos. Tūc ꝓtri/
ta sunt piter ferrū testa es argen/
tū ⁊ aurū. ⁊ redacta q̄si in fauillaz
estiue aree q̄ rapta sunt vēto. nul/
L lusqz loc⁹ inuentus est eis. T.
Lapis aūt q̄ pcusserat statuaz
fact⁹ est mons magn⁹ ⁊ impleuit
vniuersaz terrā. Hoc est somniuz.
Int̄pretatiōez q̄z eius dicem⁹ coram
te rex. Tu rex regū es: ⁊ ds celi re/
gnū ⁊ fortitudinē et impiū ⁊ gl̄iaz
dedit tibi ⁊ oia in quib⁹ habitāt fi/
lij hoim ⁊ bestie agri volucres q̄qz
celi dedit in mānu tua. et sub ditiōe
Tu es q̄ (tua vniūsa ꝓstituit. T.
caput aureū ⁊ post te ꝓsurget re/
gnū aliud min⁹ te. ⁊ regnū tertiū
aliō ereū qō impabit vniuerse tre
⁊ regnū q̄rtū erit velut ferꝝ. Quō
ferꝝ ꝓmunuit ⁊ domat oia: sic ꝓmi
nuet oia h̄ ⁊ ꝓteret. Tu autem.
Porro q; vidisti pedū ⁊ digitoz⁹
partem testeam figuli et ptez fer/
ream regnū diuisum erit. qō tam
de plātario ferri ouet. Scom q; vi
disti ferꝝ mixtū teste ex luto et digi
tos pedū ex pte ferreos ⁊ ex pte fi/

ctiles. ex pte regnū erit solidū ⁊ ex
Vnc rex na (pte ꝓtritū. Tu.
Abuchodonosor cecidit in faci/
em suā ⁊ danielē adorauit ⁊ hosti/
as ⁊ incēsū ꝓcepit vt sacrificarēt
ei. Ioqns ḡ rex danieli ait Vere ds
vr ds deoꝝ est et dns regū reuelās
mysteria qm tu potuisti apire hoc
Tūc rex danielē in (sacrm. Tu.
sublime extulit ⁊ mūera multa et
magā dedit ei ⁊ ꝓstituit eū principē
sup oēs puincias babilonis ⁊ pre
fectū magistratuū sup cunctos sa
Daniel au (piētes babilonis. T.
tez postulauit a rege ⁊ ꝓstituit su/
per opa puicie babilonis sdrach
mysach ⁊ abdenago. Ipse aūt da/
Niel erat in foribꝰ regis. Tu.
Abuchodonosor rex fecit sta/
tuā aureā altitudie cubitoꝝ sexa/
ginta latitudie cubitoꝝ sex ⁊ statu
uit eā in cāpo durā puincie babi
lonis. Itaqz nabuchodonosor rex
misit ad ꝯgregādas satrapas ma
gistratꝰ ⁊ iudices. duces ⁊ tyrānos
et pfectos oēsqz pncipes regionuz
vt ꝙuenirēt ad dedicatōnez statue
quā ererexerat nabuchodonosor rex
Tūc ꝯgregati sunt satrape (Tu.
magistratꝰ ⁊ iudices duces tyran
ni ⁊ optimates q̄ erāt in ptātibus
ꝓstituti ⁊ vniuersi pncipes regio/
nū vt ꝙuenirēt ad dedicatiōez sta/
tue quaz ererexerat nabuchodono/
Stabāt aūt in ꝓspe (sor rex. Tu.
ctu statue quā posuerat nabucho
donosor rex ⁊ pco clamabat valen
ter. Vob dr pplis tribub⁹ ⁊ linguis
in hora qua audieritis sonitum tu/
be. cadētes adorate statuā aureaz
quā ꝓstituit nabuchodonosor rex.
Si qs aūt non pstrat⁹ adorauerit
eadē hora mittet in fornacē ignis
Post hꝝ igit sta/ (ardētis. Tu.
ptim vt audierūt oēs ppli soni
tu tube ⁊ fistule ⁊ cythare sambu/
ce ⁊ psalterij ⁊ symphōie et oīs ge/
neris musicoꝝ. cadētes oēs ppli tri
bus ⁊ lingue adorauerunt statuā
aureā quā ꝓstituerat nabuchodo
Statimqz ipō tpe acce (nosor rex T
dētes viri caldei accusauerūt viros
iudeos dixerūtqz nabuchodonosor
regi Rex inetnū viue. Tu rex posu
isti decretū. vt oīs hō q̄ audierit so
nitū tube fistule ⁊ cythare sābuce
et psalterij ⁊ simphonie et vniūsi
gnis musicoꝝ pternat se ⁊ adoret
statuā aureā. Si qs aūt non pcidēs
adorauerit mittat in fornacē ignis
Sunt ḡ viri iudei (ardētis. Tu.
qs ꝓstituisti sup opa regionis ba/
bilonie sdrach mysach ⁊ abdena/
go. viri isti ꝓtēpserūt rex decretū tu
um. deos tuos nō colūt ⁊ statuam
aureā quā ererexisti nō adorāt. Tu.
Vnc nabuchodonosor in furo
re ⁊ ira ꝓcepit vt adducerē/
tur sdrach mysach et abdenago.
Et ꝓfesti adducti sūt in ꝓspectu re/
gis. pnūcianſqz nabuchodonosor
rex ait eis. Vē ne sdrach mysach
et abdenago deos meos nō colit⁹ ⁊
statuā aureā quā ꝓstitui ñ adorat⁹
Nūc ḡ si est⁹ pati q̄ cunqz hora au/
dierit⁹ sonitū tube fistule ⁊ cythare
sābuce ⁊ psalterij ⁊ simphōie oīsqz
gēnis musicoꝝ pternite vos. ⁊ ado
rate statuā aureā quā feci. Qd si
nō adorauerit⁹. eadē hora mitte/
mī in fornacē ignis ardentis Et qs
est ds q̄ eripiet vos de mānu mea T.

Rndentes spdrach mpsach 7 abdenago dixerūt regi nabuchodonosor. Nō oportet nos ō hac re rnde re tibi. Ecce eñ de9 noster quē colimus pōt eripe nos de camīo ignis ardentis 7 de manib9 tuis o rex liberare. Qđ si noluerit. notū sit tibi rex. q9 deos tuos nō colim9 7 statuā auream quā erexisti nō adora

Vnc nabuchodo (mus. Tu. nosor replet9 ē furore 7 aspectus faciei illi9 immutat9 est super spdrach mpsach 7 abdenago. 7 precepit vt succenderet9 fornax septuplū q̄ 9sueuerat succendi. 7 viris fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis manib9 7 pedibus spdrach mpsach 7 abdenago mitterēt eos in fornacē ignis ardentis. Tu aūt

Et 9festim viri illi vincti cum bracis suis 7 thiaris 7 calciamētis 7 vestib9 missi sunt in mediū fornacis ignis ardentis. Nā iussio regis vrgebat. Fornax aūt succensa erat ni

Nimro viros illos q̄ mi (mis. T. serāt spdrach mpsach 7 abdenago interfecit flāma ignis. Viri autez hi tres id est spdrach mpsach 7 abdenago ceciderunt in medio camini ignis ardentis colligati. Et ambulabāt in medio flāme laudātes deū 7 benedicentes domīo. Tu āt.

¶ Incipit Ozeas prophā. cap̄. j.

Erbuz dñi q̄ factuz est ad ozee filiū beheri in diebus ozie ionathā achaz ezechie regū iuda 7 i dieb9 ieroboā filij ioas regis isrl̄ principiū loq̄ndi dño in ozee 7 dixit dñs ad ozee. Vade sume tibi vxorē fornicariaz 7 fac tibi filios fornicationū. q9 fornicās fornicabit̄ terra a dño. Et abijt et accepit gomer filiā de belaym. et cōcepit et peperit ei filiū. Hec dicit dñs Et dixit dñs ad eum. Voca nomē ei9 iezrael. q̄m adhuc modicuz visitabo sanguinē iezrael sup̄ domuz hyeu. et quiescere faciā regnū domus isrl̄ et in illa die conterā arcū israel in valle iezrael. Et 9cepit adhuc 7 peperit filiā et dixit ei. Voca nomē eius absq̄z misericordia q9 nō addam vltra misereri domui israel. sed oblīuione oblīuiscar eoz et domui iuda miserebor 7 saluabo eos in dño deo suo 7 nō saluabo eos in arcu 7 gladio et in bello 7 in equis et equitib9. Hec dicit dominus.

Et ablactauit eaz q̄ erat absq̄z misericordia 7 9cepit 7 peperit filiuz et dixit. Voca nomē eius non pp̄s meus. q9 vos nō pp̄s meus et ego nō ero deus vester. Et erit numerus filioꝝ isrl̄ quasi arena maris que sine mensura est. 7 non numerabitur. Et erit in loco vbi dicetur eis. nō pp̄s meus vos. dicetur eis filij dei viuentis. Et 9gregabunt filij iuda 7 filij isrl̄ pariter 7 ponēt sibimet caput vnū 7 ascendent de terra q̄a magnus est dies iezrael.

¶ Incipit jonas pphā. j. c. (Hec.

Et factū est vbū dñi ad ionā filiū amathi dicēs. Surge 7 vade in niniuē ciuitatē grandē 7 pdica in ea. q̄a ascēdit malicia ei9 coram me. Hec dicit dñs. Et surrexit Jonas vt fugeret in tharsis a facie dñi. Et descendit in ioppē 7 inuenit nauē euntez i tharsis 7 dedit naulū eis 7 descēdit i eā vt iret cū eis i thars a facie dñi. T.

Dñs aūt misit ventū magnū in mare ⁊ facta ē tēpestas magī i mari ⁊ nauis periclitabat ꝓteri. Et timuerūt naute ⁊ clamauerūt viri ad deū suū ⁊ miserūt vasa q̄ erāt in naui in mare vt alleuiarent ab eis. T.

Aūt ionas descēdit ad interiora nauis ⁊ dormiebat sopore grāui. Et accessit ad eū gubnator ⁊ dixit ei. Quid tu sopore deprimeris. Surge inuoca deū tuū si forte recogitet ds tu? de nob ⁊ nō peam?. Et dixit vir ad collegas suū (Tu. Venite ⁊ mittam? sortes ⁊ sciam? q̄re hꝫ malū sit nob. Et miserūt sortes ⁊ cecidit sors sup ionā. Et dixerūt ad eū. Indica nob cuius causa malū istud sit nob. Qd est op? tuū q̄ terra tua ⁊ q̄ vadis vel ex q̄ ꝓplo es tu. Et dixit ad eos. Hebre? ego sum. et dñm deum celi ego timeo q̄ fecit Et timuerūt (mare ⁊ aridā. Tu. viri timore mag ⁊ dixerūt ad ionā Qd hꝫ fecisti. Cognouerāt eū viri q̄ a facie dñi fugeret. q̄ indicauerat eis ionas. Et dixerūt ad eū. Qd faciemus tibi ⁊ cesset mare a nob. Qa mare ibat ⁊ intumescebat Et dixit ad eos Tollite me ⁊ mittite i mare ⁊ cessabit mare a vob. Scio ei ego q̄m ꝓpter me tēpestas grādis hꝫ su/

Aūt remigabāt (per vos. Tu. viri vt reuerterent ad aridā ⁊ nō valebāt. q̄ mare ibat. ⁊ intumescebat sup eos. Et clamauerūt ad dñm ⁊ dixerūt. Oēs dñe ne peream? in aīa vir isti? et ne des sup nos sanguinē innocētē. q̄ tu dñe Et tule (sicut voluisti fecisti. Turūt ionā ⁊ miserūt in mare ⁊ stetit mare a furore suo. Et timuerunt viri timore magno dñm. ⁊ immolauerūt hostias dño ⁊ vouerunt vo Et ꝓparauit dñs piscē grā (ta. T. dē vt deglutiret ionā. ⁊ erat ionas in vētre piscis trib? dieb? ⁊ tribus noctib?. Et adorauit ionas ad dominū deū suū de vtero piscis ⁊ dixit. Clamaui de tribulatione mea ad dñm ⁊ exaudiuit me. De vētre inferi clamaui et exaudisti vocem meā. Et piecisti me in pfundū in corde maris ⁊ flumē circumdedit me. Oēs gurgites tui et fluct? tui sup me transierūt. Et ego dixi. Abiect? sum a ꝓspectu oculoꝝ tuoꝝ Verūtn rursus videbo templum sanctū tuū. Circūdederūt me aq̄ vsq̄ ad aīam meā abyssus vallauit me. pelag? cooperuit caput meū. T.

Aūt factū est verbū dñi scdo ad ionā dicēs. Surge ⁊ vade in niniuē ciuitatē magnā. ⁊ pdica in ea pdicatōez quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas ⁊ abijt in niniuē iuxta vbū dñi. Et niniue erat ciuitas mag itinere dierū triū. Et cepit ionas introire in ciuitatez itinere diei vni?. Et clamauit ⁊ dixit Adhuc q̄dragita dies ⁊ niniue subuertet Et crediderūt viri niniuite in dño. Et pdicauerūt ieiunii ⁊ vestiti sūt saccis a maiore vsq̄ ad mi Et puenit vbū ad re (notē. Tu. gē niniue ⁊ surrexit de solio suo et abiecit vestimētū suū a se. ⁊ indutus est sacco ⁊ sedit in cinere ⁊ clamauit rex ⁊ dixit. Hoies ⁊ iumēta et boues ⁊ pecora nō gustent q̄cq̄ nec pascantur ⁊ aquā non bibant et opiant saccis hoies et iumenta clament ad deū in fortitudie ⁊ con

uertat vir a via sua mala ⁊ ab ini
qtate que ē in manib⁹ eor̄. Quis
scit si ꝙuertat ⁊ ign̄scat ds ⁊ reuerta
tur a furore ire sue ⁊ nō pibim⁹. T.
Et vidit ds opa eor̄ q: ꝙuersi sūt
de via sua mala. ⁊ miserr⁹ est ds su
per malicia quā locut⁹ est vt face/
ret eis ⁊ non fecit. Et afflict⁹ est io/
nas afflictiōe mag̃ ⁊ irat⁹ est ⁊ ora
uit ad dñm ⁊ dixit. Obsecro domie
nunqd nō h̄ est vbū meū cū adhuc
esse⁊ in tra mea. Propter h̄ occupa
ui vt fugerē in thar⁹. Scio em̄ qa
tu de⁹ clemēs ⁊ misericors es: pati
ens ⁊ mlte miserationis ⁊ ignoscēs
sup malicia. Tu autem.

Incipiūt Omel. dñi/cales Cap̄. Añ. sup bñ. ⁊ in. ij. vs. su/per mg̃t cū coll. ab octa. pēth. vsq; ad adu. dñi. Et si de sctis seruat in dñi/ca alig̃ tūc in mat. añ. de cuāgel. super bñ. sig̃ta in illa dñica d̄r̄ p suffr. cū v. et col. d dñica ꝛc. Siliter fiet ī. ij. vs.

Dñica prima p' octa. penth.

¶ Scd̄m Lucā. xvj. i illo tpe: Dixit ihs dīsci/pulis suis. pabolam hāc. Hō qda; erat dives ⁊ induebatur purpura et bisso et epulabat qtidie splēdide. Et re. Omel. bti Grego

Quem frēs (rij pa. de cad. lec. q hmī quē dives ille qui indue bat purpura ⁊ bisso ⁊ epulabat q/tidie splēdide nisi iudaicū pplum si gnat. q cultū vite exteri⁹ habuit q accepte leg⁹ delicijs ad nitorē vsus est nō ad vtilitatem. Tu. Lec. vij. Quē vo lazar⁹ vlceribus plen⁹ ni si gentilē pplm figuraliter erpmit. Qui dū cōuertus ad deū pcā sua ꝓfiteri nō erubuit. huic vuln⁹ i cu te fuit. In cutis qppe vulné vir⁹ a viscerib⁹ trahit ⁊ foras erūpit. T. Quid est g̃ pctōr ꝓfessio ni Le. ix. si q̄da; vulner ruptio. q: pcti vir⁹ salubr̄ apit in ꝓfessiōe qd pestife/re latebat ī mēte. Vulnera etei cu tis in supficiē trahūt humor⁹ pu/tredies ⁊ ꝓfitēdo pcā qd alind agi mus nisi malu; qd in nob latebat

Quapim⁹. Tu. Cap̄. j. Joh. xlv. Deus charitas ē. i h̄s apparuit charitas dei in nob qm̄ filiū suum vnigenitū misit ds in mūm vt vi/uam⁹ p ipm. Deo. v. Dñe refugiū fact⁹ es nob. A gñiatione ⁊ pgenie Sup bñ. Añ. Hō quidā erat diues ⁊ induebat purpura ⁊ bisso ⁊ epu labat qtidie splēdide. ⁊ erat qda; mēdicus noie lazar⁹ q iacebat ad ianuā ei⁹ vlceribus plen⁹ cupiens saturari d micis q cadebāt de mē/sa diuit⁹ ⁊ nemo illi dabat sed ⁊ ca/nes veniebāt ⁊ lingebāt vlcera ei⁹

Deus in te speran (alla. Coll. tiū fortitudo. adesto ppici⁹ in/uocationib⁹ nr̄is et q: sine te nihil pōt mortal' infirmitas. ꝑsta auxili um gr̃e tue vt in ereq̄ndis mādat⁹ tuis ⁊ volūtate tibi ⁊ actōe placea mus. ℣. Jn. ij. vs. v. Dirigat. Sē mag̃t Añ. Factū est aūt vt more/ret mendic⁹ ⁊ portaret ab angelis ī sinū abrae. Col. De⁹ i te spe. vts.

¶ Sñica. ij. Scd̄m Lucā. xvij. c. In illo tpe: di. ie. dis. suis silitu/dinē hāc. Hō quidā fecit cenā magnā ⁊ vocauit multos et misit puū suū hora cene dicē inuitat⁹ vt venirent. q: iam parata sunt oīa. Et reliqua. Omel. beati Grego. pa.

Hoc distare frēs kñi inter delicias cordis z corpis solet. q corpales delicie cū nō habent grauē in se desideriū accendunt. cū vo habite edunt. comedentē ptin⁹ in fastidiū p satietatē vertūt. L. viij. At ꝺtra spūales delicie cū nō habent in fastidiū sunt. cū vo hñtur i desideriū sunt. tāto⁹ a comedēte amplⁱ⁹ esuriunt. q̄nto z ab esurie te amplⁱ⁹ comedunt. In illis appetit⁹ placet. expiētia displicet In istⁱ appetit⁹ vilis est. z expiētia magis In illis appe/ (placet. Tu. L. ix. titus saturitatē saturitas fastidiū generat. In istis aūt appetit⁹ saturitatē saturitas appetitum parit. Augent em̄ spūales delitie desideriū in mēte dū satiāt q: q̄nto mag⁹ eaz sapor ꝓcipit eo amplⁱ⁹ cognoscit q: auidi⁹ ament. Tu. Te deū ꝺr v. añ lau. cū lau. Indut⁹ est dñs peroīa vt in psal. ¶ Cap. j. Joh. iij. cap.

Nolite mirari si odit vos mūdus. nos scim⁹ q̄m translati sumus de morte ad vitā q̄m diligimus frēs. Deo. v. Dñe refu. vts. Sup bñ. Añ. Hō quidā fecit cenā magnā z vocauit multos. z misit seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirēt q: iā pata sunt oīa alla

Sancti nois tui dñe timo Coll' rē piter z amorē fac nos hr̄e ppetuū q: nunq̄ tua gubnatiōne destituis q̄s i soliditate tue dilectōne instituis. ℣. Suffra. ix. lec. consuc. ¶ Ad pri. Hym. Jā luc. ps. Deꝰ ds me⁹ rel. cū cet. ps. xxxiij. añ. Benedicat nos ds cū cet. vt in psal. silr ad als hos p oīa vt psal. docet. ¶ Ju. ij. vs añ. Dixit dñs cū cet. añ. et ps. hy. et v. vt i psal. xlj. ß cap. coll' et añ. sup mgt erūt de dñica Siliter fiat p oēs dñicas q̄n de tpe seruat vs/ q̄ ad aduen. dñi ꝛc. mutatis tm̄ cap coll'. z añ. sup mgt ꝛc. L In scdis vs. Cap. z coll. vts. v. Dirigat. Super mgt Añ. Exi cito i plateas z vicos ciuitatis z pauperes z debiles ceros z claudos ꝓpelle intrare vt impleat dom⁹ mea. Coll'. Scti nois. vts. cū suffr. ix. lcō. cōsue. L Ad cōpl'. hy. Te luc. vt i psal. xlviij. Notādū si aliq̄ dñica habuerit plures añ. de euāge. q̄z duas: tūc supflue añ. dicent p hebd. sup bñ. tm̄ si de feria canit cū cap. z v. vt i psal. fer. ij. hr̄ cū coll. dñi cali. Et nō repetent nec dicent p suff. si de sctis canit. Nota etiā q̄n omeli. dñicalis transfert de dñica in aliaz feriā p hebd. sicut q̄n summū festuz cadit i dñicaz tūc missa lomin⁹ ꝺr ad mat Cap. Empti est. cū v. vt i psal. xij. ß sup bñ. ꝺr añ. de dñica cū coll'. dñicali ¶☞ Sñica (si no cet. cū preci. seruat.

Tercia. L Scdm Lucā. xv. cap. In illo tpe: Accesserūt ad ihm publicani z pctōres vt audirent illum. Et murmurabāt pharisei et scribe dicētes. Qa hic pctōres recipit z māducat cū illis. Et reliqua.

Hodie (Omel. bti Grego. pa. in lcōne euāgelij frēs mei. q: pctōres et publicani accesserūt ad redēptorē nr̄m. z nō solū ad colloquendū. ſz etiā ad ꝓuescendū recepti sunt. Qd videtes pharisei dedi Exp̄re (gnati sunt. Tu. L. viij. colligite q: vera iusticia cōpassiōnē habet. falsa iusticia dedignationē q̄uis z iusti soleant recte pctōib⁹ dedignari. ſz aliud est ꝺ agit tipo iu

pbie. aliud qđ ꝛelo disciplie. T. L iy
Dedignant eteñ iusti. ſz nō dedignātes despiciūt. ſz nō despantes psecutionē ꝛmouēt. ſz amātes. ꝯa ꝛ si foris increpatiões p disciplinā exaggerēt. intꝰ tñ dulcedinē p charitatē seruāt. Tu. ¶ Cap. j. Pet. v. c.
Hūmiliamī sub potēti manu dei vt vos exaltet in tpe visitationis. oēm sollicitudinē ꝛ vrām pjcientes in eū qm ipſi cura est đ vob̄ Deo. v. Dñe ref. vtſ Sup bñ. Añ. Quis er vob̄ hō qui hz centuz oues. et ſi pdiderit vnā ex illis. nōne dimittet nonagintanouē in deserto ꝛ vadit ad illā que pierat donec inueniat illā alla. ¶ Coll'.
Protector in te sperantiuz deꝰ sine quo nihil est validū nihil sanctū multiplica sup nos miscdiam tuā. vt te rectore te duce sic transeamus p bona tpalia vt non amittam? eterna. P. Jn. ij. vs. Super magt Añ. Que mulier hns dragmas decē ꝛ si pdiderit vnaz dragmā nōne accendit lucernā et euertit domū et qrit diligent donec inueniat. Coll'. vtſ. Cet. vtſ in dñi. ij.

Dñica. iiij. Scđm Lu

Fāllo tē. Di. ie. di. (caz. vj. ca. Iluis. Estote miſicordes sicut et pat̄ vester misericors est. Et rel'.
Hoc loco (Omel'. vene. Bede. pſ. nihil aliud nob̄ precipi existimo. nisi vt ea facta que dubiū est q aio fiāt in meliorē ptez interpretemur. Qđ eñ scriptū est er fructib? eoz cognoscetis eos de manifestis dictū est q nō pñt bono aio fieri sicut sunt stupra vl' blasphemie vel furta vel ebrietates. et si qua sunt talia de quib? nobis iudicare per
De genere (mittit. Tu. L L. viij. añt ciboz q: pñt bono aio ꝛ simplici corde sine vicio ꝯcupiscētie ꝯcū q: hūani cibi indifferent sumi. p hibet apls iudicari eos q carnib? vescebant ꝛ vinū bibebant ab eis q se ab hmōi alimentis tpabāt. Q manducat inquit non mādūcantē non iudicet. Tu autem. L L. iy.
Ad hoc etiā ptinet illud qđ alio loco dicit. Nolite ante temp? iudicare quēq̄z quoadusq̄z veniat dñs. ꝛ illuminet abscondita tenebrarū ꝛ manifestabit cogitationes cordis Sūt añt quedā media que ignoramus q aio fiant q: bono aio ꝛ malo fieri possunt de quib? temerarium est iudicare marime vt ꝯdemnem?. Tu. ¶ Cap. Collo. ca. iij.
Omne qđcunq; facitis in vbo aut in ope oīa in noīe dñi nostri ieſu rp̄i facite gratias agentes đo ꝛ p̄ri p ipſuz. Deo. v. Dñe refu. Sup bñd. añ. Estote ḡ miſicordes q: ꝛ pater vester misericors ē alla
Da nobis q̄s dñe vt et L Coll'a. mūdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur ꝛ ecclesia tua trāquilla deuotione leteť. P. ¶ Jn ij. vs. Sup magt añ. Nolite iudicare vt nō iudicemī. in quo eñ iudicio iudicaueritis iudicabimī dicit dñs. Coll'. vtſ. Cet. vtſ. in dñi. ij.

Dñica. v. Scđm Lu

Fāl. tē. Cū turbe (cam. ca. v. irruerent ad ihm vt audirēt verbū dei ꝛ ipse stabat sec? stagnū genazereth. Et rel'. Omel'. vene. be.

QVia ergo stagnuꝫ siue mare ꝙ pñs seculū designat dñs sec̄ mare statꝫ postꝫ vite labētis mor/talitatē deuincens in ea qua pal/sus est carne stabilitatē perpetue quietis adiit. Turbarū q̄uent̄ ad eum gentiū in fide ꝯcurrentiū ty/pus ē. De quib̄ eſaias. ⁊ fluēt in/quit ad eū oēs gentes ⁊ ibunt po/puli multi ⁊ dicent. Venite ascen/dam̄ ad montē dñi. Tu. ℒ Le.vij. Et vidit duas naues stantes sec̄ stagnū. Due naues secus stagnū posite circūcisionē prefigurant et prepuciū. Quas bene ihs vidisse phibet̄ qꝫ in vtroꝫ populo nouit dñs qui sunt eius eorūqꝫ cor a flu/ctib̄ huius scli ad future vite trā/quillitatē quasi ad soliditatē littoꝛ ris videndo h̄ est misericorditer vi sitando ꝙuehit. Tu autem. ℒ L.ix. Piscatores aūt descenderāt ⁊ la/uabant rhetia. Piscatores sunt ec clesie doctores. q̄ nos rhete fidei cō prehensos ⁊ de ꝓfundo ad lumen allatos. q̄si pisces littoꝛi sic ere vi/uentiū aduehūt. Tu. ¶ Cap̄.j.Pet. OMnes vnanimes in (ca.ij. oratōe estote ꝯpatientes fra ternitatis amatores misericordes modesti humiles. non reddentes malū ꝓ malo. vl̄ maledictū ꝓ ma ledicto. sed ecōtrario bene dicētes Deo. v. Dñe ref. vtš. Sup bñ. añ. Ascendit ihesus in nauim et sedēs docebat turbas alla. ¶ Colla Deus qui diligentib̄ te bona inuisibilia preparasti infunde cor/dibus nr̄is tui amoris affectuꝫ vt te in oīb⁹ ⁊ sup oīa diligentes ꝓ missiones tuas q̄ oīe desiderium superant cōsequamur. ℙ. Super magt. Añ. Preceptor per totā no ctez laborātes nihil cepim̄ in v̄bo aūt tuo laxabo rhete. Coll̄. vtš. Ce te. vtš. dñica.ij. ¶ Si ꝙuat infra hāc hebd̄. in aliq̄ feria noct̄. cū preci. tunc dicat̄ tm̄ ille die sup bñ. seqns añ. Dixit aūt dñs symoni noli timere ex h̄ eē eris hoies capiēs alla. Cap̄. x v. vt ip̄sal̄. Coll̄. vtš. ¶ Si adhuc semel infra hāc hebd̄. seruat. noct̄. cū preci. tūc dicat̄ sup bñ. h̄ añ. Quz au/disset petrus qꝫ dñs est. tunica sue cinxit se ⁊ misit se in mare ⁊ clama bat voce magna dicēs exi a me do mine qꝫ peccator sum alla. Cap̄. xv. vt in psalterio. Collecta vt supra.

Dñica.vi.Scdz mat/

FIL.tē. Di.ie.di.l. (theū.ca.v. AMen dico vob̄ nisi abūdaue rit iusticia vr̄a plusq̄ scribarum ⁊ phariseoꝛ nō intrabitis in regnū celoꝛ. Et re. Omel̄. Bti Augusti. epi.

AMen dico vob̄. nisi abūdaue rit iusticia vr̄a plusq̄ scriba/rū ⁊ phariseoꝛ. i. nisi non solū illa minima legis p̄cepta impleuerit̄ q̄ inchoant hoiem. sed etiā ista que a me addunt̄ qui non veni legē sol uere s̄z ad implere: nō intrabit̄ in regnū celoꝛ. Tu autem. ℒ L.vij. Sed dicis mihi. Si de illis māda tis minimis cū superius loq̄retur dixit. minimū vocari in regno ce/loꝛ q̄squis vnū eoꝛ soluerit. ⁊ hm̄ suā solutionē docuerit et magnuꝫ aūt vocari q̄ḡs ea fecerit et sic do/cuerit et ex eo ia in regno celoꝛ fu/turū esse qꝫ magn̄ est q̄d opus est addi preceptis legis minimis si iā

in regno celoz pōt esse q: magn? ē
q̄sq̄s ea fecerit ⁊ sic docuerit. T. L.iy
Quapropē sic ē accipiēda illa sen/
tētia q̄ ait fecerit ⁊ docuerit sic ma/
gn? vocabit in reg̃ celoz id ē. n̄ sm il
la mīma sz sm ea q̄ ego dictur? suz
Tu aūt. ¶Cap. Roma. vj. ca.
Quicūq; baptizati sum? i xpo
ihu in morte ip̄si? baptizati sum?
sepulti ei sum? cum illo p baptis
mū i mortē. Deo. v. Dñe ref. Sup
bñd. aū. Nisi abūdauerit iusticia
vr̄a plusq̄ scribaz ⁊ phariseoz nō
intrabit in regnū celoz all'. Coll'.
Deus vtutū cui? ē totuz qđ est
optimū insere pectoribus nr̄is
amorē tui nois ⁊ p̄sta i nob̄ religi/
onis augmentū. vt q̄ sūt bona nu
trias. ac pietatis studio q̄ sūt nutri/
ta custodias. P. Sēt mgt aū. Audi
stis q: dictuz ē antiq̄s nō occides q̄
aūt occideit re? erit iudicio. Coll'a.
vtūs. cet. vtūs. dñica. ij. Si. j. hāc hebd.
ꝯuat in aliq̄ fer. noct. cū p̄ci. tūc di
cat tm illa hac die seq̄ns aū. sup bñd.
Si offers mun? tuū aū altar ⁊ re
cordat? fuer? q: frat tu? hz aliqđ ad
uersuz te relinq̄ ibi mun? tuū ante
altar ⁊ vade p̄us reconciliari fratri
tuo ⁊ tūc veniēs offeres mun? tuū
all'. Cap. R. v. vt ip̄sal'. Coll'. de dñi
¶☞ Dñica. vij. Scdm (ca. vtūs.
Nil. tē. Cum (Marcū. viij. ca.
Turba mlta esz cū ielu nec ha
berēt qđ māducarēt ꝯuocat discī/
pulis ait ill'. Misereor sup turbaz
q: ecce iam triduo sustinēt me nec
hñt qđ māducēt. ⁊ re. Vml. ve. bed
In hac lcōne ꝯsiderāda est in
vno eodēq; redēptore nr̄o di
stincta opatio diuitat ⁊ hūanitat
atq; oimode detestādus erroz euti
cetis q̄ vnā tm in xpo opationē do
gmatisare p̄sumit pcul a xp̄ianis
finib? est expellēdus. Tu. L. viij.
Quis ei nō videat h̄. q̄ sup turbā
miseret ds. ne vel iedia vel vie lon
gioris deficiat labore affectuz eē ex
opassione hūane fragilitat q̄ vo
de septē panib? et piscic̄lis paucis
q̄ttuor hoim milia saturauit diui
ne opus esse virtutis. Tu. L. iy.
Mystice aūt h̄ miraculo designat
q̄ viā seculi p̄ntis alic̄ incolumes
trāsire neq̄m?. nisi nos gr̄uito re/
dēptor nr̄ alimēto sui vbi reficiat.
Sicut ex (Tu. ¶Cap. Ro. vj. c.
hibuist membra vr̄a ꝯ̄ire im
mūdicie ⁊ iniq̄tati ad iniq̄tatē. ita
nūc exhibete mēbra vr̄a ꝯ̄ire iu/
sticie i sctificatiōez. Deo. v. Dñe re
fu. Sēt bñ. aū. Cū turba mlta esset
cū ihu. nec hērent qđ māducarēt cō
uocat discīplis ait ill'. miseor sup
turbā q: iā triduo sustinēt me nec
hñt qđ māducēt all'a. ¶Coll'.
Deus cui? puidētia in sui dis/
positiōe nō fallit te supplices exora
mus vt noxia cūcta sūmoueas et
oia nob̄ p̄futura ꝯcedas. P. Sup
mgt aū. Miseor sup turbaz q: ecce
iam triduo sustinēt me nec hñt qđ
māducēt ⁊ si dimisero eos ieiunos
deficiēt in via all'. Coll'. vtūs. cet. vtūs
dñi. ij. Si. j. hāc hebd. i aliq̄ fer. ser
uat noct. cū p̄ci. tūc illa die tm dicat
seq̄ns aū. sup bñ. Erāt aūt q̄ mādu
cauerāt q̄sq̄ q̄ttuor milia et dimisit
eos all'. Cap. z v. vt ip̄sal'. Coll'. de do
¶☞ Dñica. viij. Scdz (mica vtūs
Nil. tē. di. ie. d. l. (Math. vij.
Attendite a falsis xp̄his q̄ veni/

unt ad vos in vestimētis ouiū intrinsec⁹ aūt sunt lupi rapaces. Et

Attēdite (re.Omel'.lcō.eiusd. a falsis ꝓphis: q̄ veniūt ad vos in vestimētis ouiū. intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. Qd̄ paulo supius spaciosaz ⁊ latā viaz noiauit. hꝫ nunc aptius falsos ꝓphas oñdit ꝙ ds multi in pditionē abominabilē abierūt q̄ primo in iudea multi apparuerūt ⁊ mō in ꝓuidia totū repleuerūt mōm. Tu aūt. ℔.viij.

Sed illi q̄ prius falsi ꝓphe fuerūt verissimos dñi ꝓphas vsqz ad mortez psecuti sūt sicuti hieremiā ⁊ michēā aliosqz multos. Isti aūt nunc falsi ꝓphe ⁊ falsi xp̄iani sūt qui veraces xp̄ianos sine misēdia psequūtur ⁊ opprimunt. aliqñ si deē copia etiā gladijs sine intermissiōe aut suis p̄uis moribꝫ puertūt ⁊ exēplis. Idcirco oēs p̄ueniēs (Tu.℔.ix. dñs adhortat⁹ est dicēs. Attēdite a falsis ꝓphis attēdite diligenti⁹ obseruate cauti⁹ vt nō seducami. vt nō circūueniami: vt nō fallami. Tu.

Non accepi ¶Cap̄. Ro.viij.c. estis spūs ꝺuitutis⁹ itez in timore. sz accepistis⁹ spūs adoptiōis filioz in q̄ clamamus abba pat̄. Deo. ỽ. Dñe refu. Sup bñ.añ. Attēdite a falsis ꝓphis q̄ veniunt ad vos in vestimētis ouiū intrinsec⁹ aūt sunt lupi rapaces a fructib⁹ eoz cognoscetis⁹

Largire nob̄ q̄s (eos. ¶Coll'. Dñe semꝑ spūm cogitandi q̄ recta sunt ꝓpici⁹ ⁊ agēdi. vt q̄ sine te esse nō possumꝰ ꝑm te viuere valeamus. ℙ. Sup mgt añ. Nō pōt arbor bona fructꝰ malos facē negz arbor mala fructꝰ bonos facē. Coll'a

vtꝫ.ceteꝝ.vtꝫ.dñica.ij. ℒSi.ſ.Hanc hebd̄.in aliq̄ feria seruat̄ occ. cū pci. tūc illa die dicat tm̄ seqns añ.sup bñ.

Nō ois q̄ dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celoz sz q̄ facit volūtatē ꝑris mei q̄ in cel' est. ipe intrabit in regnum celorum alla Cap̄.7 ỽ. vt in psal'. Collec. de dñica vt sup̄.

Dñica.ix. Scdm Lu/

ℒNil.tē.Di.ie.di.luis (cā.ỽj. Ihō quidā erat diues ⁊ hēbat villicū ⁊ hic diffamat⁹ est apud illuz q̄si dissipasset bona illius. Et relīq

Quis sit vil (Omel'.bti Hiero. q̄licus iniq̄tat⁹ q̄ dñi voce laudat cui⁹ cū velles scire rōnez ⁊ de q̄ fonte ꝓcesserit reuolui volumen euangelicū. ⁊ inē cetera reperi q̄ appropinq̄ntib⁹ saluatori publicanis et pctōrib⁹ vt audirēt eū: murmurabāt pharisei ⁊ scribe dicētes Quare hic pctōres recipit et cōedit Qui locut⁹ ē (cū eis. Tu. ℔.viij. eis pabolaz centū ouiū ⁊ vni⁹ pditē q̄ inuēta pastoris hūeris reportata est ⁊ cur esset ꝓposita statī intulit. Dico vob̄ q̄ ita gaudiū erit in celo sup̄ vno pctōre penitētiaz agēte q̄m sup̄ nonagintanouē iustis: q̄ nō indigēt penitentia. Tu. ℔.ix. Aliaz q̄z pabolā: decē dragmaruz vniusqz pditē atqz repte cū ꝓposuisset: sibi eaz fine ꝓpleuit. sic dico vob̄ gaudiū erit cotā angel' ꝺi sup̄ vno pctōre penitētiā agēte Tu. ¶Cap̄.

Temptatio vos nō (Cor̄.ỽ.c. t apprehēdat nisi hūana. fidel⁹ aūt ds est q̄ nō patiet⁹ vos tēptari sup̄ id qō potest⁹ sz faciet cuz tēptatione etiā ꝓuentū vt possit⁹ sustinere. Deo. ỽ. Dñe ref. Sup bene.añ.

Dixit dñs villico qđ hoc audio de te redde ratiõez villicatõis tue all'.

Pateãt aures miscõie ℔ Coll'a. tue dñe pcib⁹ supplicantiũ. ℣ vt petẽtib⁹ deſiderata ꝓcedas. fac eos q̃ tibi sũt placita postulare. ℟. Sup mgt añ. Ait aũt villicus intra se qđ factã q: dñs me⁹ aufert a me villicatiõez. fodẽ nõ valeo mendicare erubesco. scio qđ factã. vt cũ amot⁹ fuero a villicatiõe recipiãt me in domos suas. Coll'. vtš. Cet. vtš. dñica. ij.

☞ Sñica. y. Scõm Lucã. xiy. c.

In illo tẽ. Cũz appropinq̃ret ihs hierlim vidẽs ciuitatez fleuit sup illã dicẽs q: si cognouisses ℣ tu. ℣

Vod flẽte (re. Oml'. Btigregõ. dño illa hierosolymoꝝ sibuersio describit que a vespasiano ℣ tito romanis pncipib⁹ fcta ẽ null⁹ q̃ hystoriã euersiõis eiusd̃ legit ign̄at Romãi em̃ pncipes denũciant cuz dr: q: veniẽt dies i te et circũdabũt te ℣ coãgustabũt te vndiq; ℣ ad terrã psternẽt te et filios tuos q̃ in te Hoc q; qđ addit (sũt. Tu. ℣. viij. nõ relinq̃nt i te lapidẽ sup lapidez etiã ipsa iã eiusd̃ ciuitat⁹ trãsmiꝑ tio testat⁹ q: dñ nũc in eo loco ꝓstructa est. vbi extra portã fuerat dñs crucifix⁹ por: illa hierlim vt dr: fundit⁹ ẽ euersa. Cui ex q̃ culpa euersionis sue pẽa fuerat illata sbiungitur. eo q: nõ cognouer⁹ tps visitatõis Creator: q̃ppe oĩm (tue. Tu. ℣. iy. p incarnatõis sue mysteriũ hãc visitare dign⁹ ẽ. q; ipsa timoris et amoris illi⁹ recordata nõ est. ℟ Fleuit eteñ pi⁹ redẽptor: ruinã pfide ciuitatis: quã ipsa sibi ciuitas non cognoscebat esse venturaz. Tu aũt.

Notũ vob fa ¶ Cap̃. Cor⁹. ij. c. cio q: nemo i spũ di loq̃ns dr anathema ihu. ℣ nẽo põt dicẽ dñs ihs nisi i spũsctõ. Deo. v. Dñe ref. Sup bñ. añ. Cũ appropinq̃ret dñs hierlim vidẽs ciuitatẽ fleuit sup illã ℣ dixit. q: si cognouisses ℣ tu q: veniẽt dies i te ℣ circũdabũt te ℣ coangustabũt te vndiq; ℣ ad terrã prosternẽt te. eo q: nõ cognouer⁹ tps visi

Deus q̃ (tatõis tue all'. ℔ Coll'. oipotẽtiã tuã pcẽdo marie ℣ miꝛando mãifestas miltiplica sup nos misc̃diaz tuã. vt ad tua pmissa currẽtes. celestiũ bonoꝝ facias eẽ ꝓsortes. ℟. Sup mgt añ. Videns ihs ciuitatẽ hierl; fleuit sup illã dicẽs. qa si cognouisses et tu q̃ ad patez tibi sũt nũc aũt absc̃dita sũt ab oculis tuis. Collecta vtš.

☞ Sñica. xj. Scõz Lucã. y viij.

In illo tẽ. Dicebat ihs ad q̃sdaz q̃ in se ꝓfidebant tanq̃ iusti ℣ aspnabant ceteros pabolã istã dicẽs. Duo hoies ascẽdebãt in tẽplũ vt orarẽt un⁹ pharise⁹ ℣ alt̃ publican⁹. Et re. Oml'. venc. Bed.

Duo hoies ascẽdebãt in tẽplũ vt orarẽt. un⁹ pharise⁹ ℣ alt̃ publican⁹ Publican⁹ hũilit̃ oras ad illa pfate vidue h; est eccl̃ie mẽbra pertinet ꝺ quib⁹ dr. De⁹ aũt nõ faciet vindictã electoꝝ suoꝝ clamantiuz Pharise⁹ aũt (ad se. Tu. ℣. viij. merita iactãs ad ea ꝺ quib⁹ terribil' in ꝓclusiõe sñia subdit̃ ptinet. Verũtñ fili⁹ hois veniẽs putas inueniet fidẽ in ẽra. Pharise⁹ stans h; apũd se orabat. De⁹ gras ago tibi q: nõ sum sicut ceteri hoies rapto

res:iniusti:adulteri: velut etiaꝫ ꝟ Quattuor (publicanꝰ Tu.℔.ix. sunt spēs quibꝰ ois tumor arrogā tiū demōstrat cū bonū a semetipꝰ se hꝝe estimāt. aut sibi datū desup credūt acp suis se ꝟ accepisse meritis putāt. aut certe cū iactāt se hꝝe qō non hñt. aut despectꝰ ceteꝝ singularit videri appetūt qō hñt. Tu Hēs notuꝫ ¶Cap. Cor̄.v.c. vob facio euāgeliū qō pdicaui vob qō ꝛ accepistꝭ in q ꝛ statis p qō ꝛ saluami. Deo.v. Dñe refugi. Sup bñ.añ. Stās a lōge publicanus nolebat oculos ad celū leuare: sꝫ pcutiebat pectꝰ suū dicēs. ds ppicius esto mihi pctōri. ℔Coll'a. Omps sempiterne ds q abūdātia pietatꝭ tue ꝛ merita supplicū excedis ꝛ vota effunde sup nos miaꝫ tuā vt dimittas q̄ oscia metuit. et adijcias qō oratio nō psumit Per. Sēm̄gt añ. Deus ppicꝰ esto mihi pctōri. Coll'a vtṡ. Cet. vtṡ. dñica.ij. ℔Si.ī. hāc hebd̄. in aliq̄ fer. fuat noc. cū pci. tunc illa die tm̄ dica seqns añ. sup bñd̄. sil'iter fiat de alia seqnti añ. Delet̄dit ꝟ iustificatꝰ in domū suam ab illo qꝝ ois q se exaltat hūiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. Cap.ꝛv. vt in psal'. Coll'a d dñica vtṡ. Sup bñ.añ. Ois q se exaltat hūiliabit et q se hūiliat exaltabit. ¶☞Dñica.vij. (bit. Coll'. vtṡ. Ad.tē. ¶Scd̄m Lucā.vij.ca. Factū est ihs de finib⁹ tyri venit p sydonē ad mare galilee int̄ medios fines decapoleos. et re. Oml'. Surd⁹ ille ꝛ mut⁹ (venc. bed̄. s quē mirabilit curatū a dño nō cū legeret euāgeliū audiuim⁹ gen⁹ deligt hūanuꝫ in his q ab errore diabolice deceptionis diuina merent gr̄a libari. Obsurduit nā qꝫ hō ab audiēdo vite verbo postꝫ mortifera p pent⁹ ꝟba ꝺtra deū tumidus audiuit. Tu autē. ℔V.vij. Qui⁹ a laude cōditoris effect⁹ est ex q cū seductore colloquiū hꝝe pre sumpsit. Et merito clausit aures ab audiēda int̄ angelos laude creatoris q̄s ad audiendā eiusdē creatoris vituperatiōeꝫ p monib⁹ hostis Merito (incaut⁹ apuit. Tu. ℔.ix. clausit os hō a pdicāda cū angelis laude creatoris qō velut ad meliorādum eiusdē opus creatoris sibi vetiti p uaricatōe supb⁹ impleuit. Iducia (Tu. ¶Cap. Cor̄.iij. talē habem⁹ p xp̄m ad deū. nō q sufficiētes sim⁹ cogitare aliq̄d a nob q̄si ex nob. sꝫ sufficiētia nr̄a ex dō ē. Deo.v. Dñe ref. Sup bñ.añ. Cū trālret dns p medios fines d capoleos surdos fecit audire ꝛ mutos loq̄. Omps ꝛ mise (tos loq̄. ¶Coll'. Oricors ds de cui⁹ munere venit vt tibi a fidelibus tuis digne ꝛ laudabilit seruiat. tribue q̄s nob vt ad p missiōes tuas sine offensione curram⁹. p. Sup mgt añ. Quāto eis pcipiebat tātomag⁹ pl⁹ pdicabāt ꝛ eo ampli⁹ ammirabant dicētes. bñ oia fecit surdos fecit audire ꝛ mutos loq̄. Coll'. vtṡ. Cet. vtṡ. dñica.ij. ¶Si infra hāc hebd̄. seruat in aliq̄ fer. noct. cū pci. tūc dicat tm̄ illa die ꝟ seqns añ. sup. bñ. Bene oia fecit: surdos fecit audire ꝛ mutos loq̄. Cap.ꝛv. vt ip psal'. Coll'. vtṡ. ¶☞Nota sabba. q̄ tuor tymp⁹ festū exalta. sctē cruc⁹ fuabit Oml'. Ar/

bonē fici. Req̄.s.p̄ Hysto.tobi.ccliij.

¶☞ Dñica.xiij. Scōm Lucā.v.c.

In illo tē. Di. ie. di. suis. Bti oculi q̄ vident q̄ vos videt. dico ei vob̄ q̄ multi ꝓphe z reges voluerūt videre q̄ vos videt z nō viderūt. z audire q̄ audit z nō audierūt. Et re

On ocu (liq̄. Sml. venc. Bed. li scribarū z phariseoꝝ q̄ corpus dñi tm̄ viderūt sed z illi beati oculi. qui ei? pñt cognoscere sacra de quib? dr. Et reuelasti ea puulis Bti oculi puulor quibus z se z patrē fili? reuelare dignat. Tu autē. Dico eī vobis q̄ multi L.viij. ꝓphe z reges voluerūt videre q̄ vos videtis z nō viderūt. z audire q̄ auditis z nō audierūt. Abraā exultauit vt videret diē xp̄i. vidit z gauisus est. esaias q̄; z micheas z multi alij ꝓphe viderūt gl̄iam dei q̄ z p̄ pterea vidētes sunt appellati. Tu. Sed hi oēs a longe aspiciē L.ix. tes z salutātes p̄ spēc; z ī enigmate viderūt. apl̄i aūt in pñtia hñtes dñm ꝓuescentesq; ei. z queq; voluissent inrogando discētes nequaq̄ p̄ angelos aut varias visionuꝝ spēs opus hēbant doceri. Tu aūt.

Hrae dicte ¶Cap̄. Gal. v.ca. a sunt repromissiones z semini ei? nō dicit z seminib? q̄si ī multis. s; q̄si in vno z semi tuo q̄ ē xp̄s. Deo. v. Dñe ref. Sup bñ. añ. Magister q̄d faciēdo vitā eternā possi debo. at ille dixit in lege q̄d scptum est quō legis? diliges dñm deū tuū

O ex toto corde tuo alla. ¶Coll.

Mps sempit̄ne ds da nob̄ fidei spei z charitat augmentū z vt mereamur assequi q̄d ꝓmitt: fac nos amare q̄d p̄cipis. ℣. Super mḡt añ. Homo quidā descēdebat ab hierlm in hiericho z incidit ī latrones q̄ etiā despoliauerūt eum et plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. Coll. vtš. cete. vtš. dñica. ij.

¶Si. j. hāc hebd. in alīq̄ feria seruat nocte. cū p̄ci. tūc illa die dicat tm̄ seq̄ns añ. sup bñ. Similiter fiet de alijs añ. seq̄ntib?. Añ. Samaritan? quidaz iter faciēs z vidēs eū semiuiuū relictū miscdia mot? est z apposopin quās alligauit vulnera ei?. infundens oleū z vinū duxit in stabulū et curā ei? egit. Cap̄. et v. vt ī psal. Coll. de dñica vtš. Sup bened. Añ. Quis tibi videt̄ prim? fuisse illi q̄ incidit in latrones? z ait illi. qui fecit misdiaz in illū. vade z tu fac sil̄iter alla. Coll. vtš.

¶☞ Dñica.xiiij. S. Lucā. xviij.c.

In illo tpe. Dum iret ih̄s in hierusalez transibat p̄ mediā samariā z galileā. Et cū ingrederet quoddā castellū occurrerūt ei decē viri leprosi. Qui steterunt a lōge z leuauerūt vocem suā dicētes Jhu p̄ceptor miserer nob̄. Et re.

Leprosi nō ab (Sml. ve. Bed. surde possunt intelligi q̄ sciētiā vere fidei nō hñtes. varias doctrinas p̄fitent errōis. Nō em̄ vl̄ absc̄ōdūt impitiā eoꝝ s; p̄ summa peritia p̄ferūt in lucē z iactantiaz sermonis ostentāt. Tu. L.e.viij. Nulla porro falsa doctrina est q̄ non aliq̄ vera intermisceat. Vera q̄ falsis inordinate permixta vna disputatiōe vel narratiōe hoīs tā ex̄ vni? corpis colore apparentia signant lepraz tanq̄ veris falsisq;

colozlocis humana corpora vari
antem atqz maculantē. Tu. L.iv.
Hij aūt tam vitandi sunt eccleſie
vt si fieri posset longi⁹ remote ma
gno clamore xp̄m interpellēt. Vñ
et apte subiungit. Qui steterūt a
longe z leuauerūt vocē dicentes.
Jesu p̄ceptor miserere nr̄i. Tu.

Spiritu am ¶Cap. Gal.v.c.
bulate z deſideria carnis nō
p̄ficietis. caro em̄ ꝯcupiscit aduer
sus spm̄: spiritꝰ aūt aduersus car
nem. Deo.v. Dñe ref. Sup bñ.añ.
Cum ingrederet ihūs quoddā ca
stellū occurrerūt ei decē viri lepro
si qui steterūt a longe z leuauerūt
vocē dicētes. ihu p̄ceptor miserere
Vstodi quesu/ (nostri. L Coll'.
mus dñe eccl̄iam tuā, p̄ticia/
tōne perpetua. z qz sine te labitur
hūana mortalitas tuis semp au/
riliis z abstrahatur a noxijs et ad
salutaria dirigat. Per. Sup mgt.
Añ. Unus aūt ex illis vt vidit qa
mūdatus est regressus est cū ma/
gna voce magnificans deum alla
Coll'. vtš. Cete. vtš. dominica.ij.
¶Di.j. hāc hebd̄. in aliq̄ fer̄. seruatur
noct̄. cū preci. tunc tm̄ illa die dicat se
q̄ns añ. sup bñd̄. Nōne decē mun
dati sunt z nouē vbi sunt non ē in
uentus qui rediret et daret gl̄iam
deo nisi hic alienigena vade quia
fides tua te saluū fecit alla. Cap̄. z
v. vtš. in psal'. Coll'. de dñica vtš.

Dñica decimaquita.

Tal.tē. ¶Sc̄dm Math. vj.ca.
Di.ie. dis. suis. Nemo pōt du/
obus dñis seruire. aut em̄ vnum
odio habebit z alteruz diliget. aut
vnum sustinebit et alteruz contē/
net. Et rel. Dmel. vene. Bed.
Nemo pōt duob⁹ dñis seruire
qz nō valet simul trāsitoria z eter/
na diligere. Si em̄ eternitatē dili/
gim⁹ cuncta tpalia in vsu non in
effectu possidem⁹. Aut enim vnum
odiet z alterꝫ diliget. aut vni adhe
rebit z alterū contēnet. hec verba
diligenter ꝯsiderāda sunt. nā qui
sint duo dñi ꝯsequēter exponit di/
cens. Non potestis deo seruire et
Audiat h̄ (māmone. Tu. L V. viij
auarus. audiat hoc qui censet vo/
cabulo xp̄iano nō posse simul mā/
mone. hoc est diuitijs xp̄oqz seruí/
re. Et tm̄ non dixit qui habet diuiti
as sed qui seruit diuitijs. Qui em̄
diuitiaꝝ seruus est. diuitias custo
dit vt seruꝰ. Qui aūt seruitutis ex
cussit iugū distribuit eas vt domi/
Sed qui seruit (nus. Tu. L V. iv.
māmone illi vtiqz seruit qui reb⁹
istis terrenis merito sue peruersi
tatis p̄positus p̄nceps huiꝰ se/
culi a domino dicit. Ergo aut vnū
odiet z alterū diliget vt fieri debet
odiet scilicet diabolū z diliget deuz
aut vni adherebit z alterꝫ ꝯtēnet.
Tu aūt. ¶Cap̄. Gal.vj.ca.
Si viuimus spū. spiritu z am
bulem⁹ nō efficiamur inanis glo
rie cupidi inuicē p̄uocantes inui/
cē inuidētes. Deo.v. Dñe refugi.
Sup bñ.añ. Nolite sollicīti eē di/
centes q̄d mād̄ucabim⁹ aut q̄d bi/
bem⁹. scit em̄ pater vester celestis
q̄d vob̄ necesse sit alla. L Coll'.
Eccl̄iā tuā dñe miseratio cō
tinua mūdet z muniat z qz sine te
nō potest salua cōsistere tuo semp

munere gubernetur. ℣. Sup ma
nifi. Añ. Querite ꝫ primū regnū
dei ⁊ iusticiā eiꝰ ⁊ hec oīnia adijciē
tur vobis alla. Coll'a vt supra.

Dñica decimasexta.

In il.tē. ¶ Scdm Lucā. vij. ca.
Ibat ihs in ciuitatē que voca
tur naym. Et ibant cū illo discipu
li eiꝰ et turba copiosa. Et re. Dmi'.
Factū est dein/ (vene. Bed.
ceps ibat ieſus in ciuitatem
que vocat naym. Naym ciuitas ē
galilee scdo miliario a thabor mō/
te ꝓtra meridiem iuxta endor qui
est vicus grandis in quarto milia
rio eiusdē montis ad meridiē. Et
ibant cū illo discipli eiꝰ ⁊ turba co/
piosa. Cum aūt appropinq̄ret por
te ciuitatis. ecce defunctꝰ effereba
tur filiꝰ vnicus matris sue. Tu āt
Defunctus hic qui extra L. vij.
portā ciuitatis multis est intuen/
tibus delatus. signat hominē leta
li criminū funere sopōratuꝝ. Qui
bene filiꝰ vnicus matris sue fuis/
se perhibetur: qꝫ licet ex mītis col/
lecta personis vna sit electa ⁊ im/
macłata virgo mater ecclesia. sin
guli quiqꝫ tamē fideliū vniuersa/
lis se ecclesie filios rectissime fatē/
Portam ciuita (tur. Tu. L. iy.
tis qua defunctus efferebatur pu
to aliquē esse de sensibus corpore/
is. Qui eū seminat inter frēs dis/
cordias. q̄ iniquitatē in excelso loq̄
tur p oris portā extrahit mortuus
Qui viderit mulierē ad ꝯcupiscē/
dā eā p oculoꝝ portā sue mortis iu/
Odicia pfert. T. ¶ Cap. Eph. 3.
Obsecro vos ne deficiatis in
tribulationib⁹ meis p vobis que
est glia vra. Deo. v. Dñe refu. Dē
bñ. Añ. Accessit ihs ⁊ tetigit locu/
lū hi aūt q̄ portabāt eū steterūt. et
ait adolescēs tibi dico surge et rese
dit q̄ erat mortuꝰ ⁊ cepit loq̄ et de/
dit illū matri sue alla L Coll'a
t Da nos q̄s dñe gr̄a semp pre
ueniat ⁊ seq̄tur ac bonis opib⁹ iu/
giter p̄stet esse intentos. ℣. Super
magt añ. Adolescēs tibi dico sur/
ge ⁊ resedit qui erat mortuus ⁊ ce/
pit loq̄ ⁊ dedit illū matri sue. Coll'.
vtš. Cetera vt dominica. ij.

Dñica decimaseptia.

In il.tē. ¶ Sm. Lucam. xiiij. ca
Cū intraret ihs in domū cu
iusda⁹ p̄ncipis phariseoꝝ sabbato
māducare panē ⁊ ipi obs̄uabant
eū. Et re. Dmi'. vene. Bede p̄s.
Factū est cū intraret ihs in
domū cuiusdā principis pharise
rū sabbato māducare panē ⁊ ipsi
obs̄uabant eū ⁊ ecce homo quidā
hydropicus erat ante illuꝝ: hydro
picus morbus ab aquoso humo/
re vocabulū trahit. Grece enim
idor aqua dicitur Est aūt humor
subcutaneus ō vicio vesice natus
cū inflatione turgente ⁊ anhelitu
fetido. Proprium est hydropici q̄n/
to magis abundat humore inordi
nato. tanto amplius sitire. Tu āt.
Et ideo recte compara ¶ Lect. iy.
tur ei quem fluxus carnaliū volu
ptatū exuberans aggrauat. cōpa
ratur diuiti auaro. qui quāto est
copiosior diuitijs quibus non be/
ne vtitur: tanto ardentius talia
concupiscit. Et respōdens ieſus di

xit ad legisperitos ⁊ phariseos. licet sabbato curare? at illi tacuerũt Qđ dicit respõdisse (Tu. L. ix. ihus ad hoc respicit qđ pmissus est Et ipsi obseruabant eum. Dominus eñ nouit cogitatões hoim: sed merito interrogati tacent. ꝺa ꝓra se dictũ quicqđ direrit videt.

O Tu añ. ¶Cap. Eph. iiij. ca. Obsecro vos ego vinct? in domino vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis cũ oñi hũilitate ⁊ mãsuetudine cũ patiẽtia supportãtes inuicẽ in charitate. Deo. v. Dñe refu. Sup bñ. añ. Cum intraret ihesus in domũ cuiusdaꝫ pncipis phariseoꝝ sabbato mãducare panem ⁊ ecce hõ quidã hydropicus erat ante illuꝫ ipse vero apprehensum sanauit eum ac dimisit.

O Aqueslumus dñe po ¶Coll'a deꝑpulo tuo diabolica vitare cõtagia. ⁊ te solũ dominũ pura mente sectari. Per. Sup magt añ. Cuꝫ vocatus fueris ad nuptias recũbe in nouissimo loco vt dicat tibi q̃ te inuitauit amice ascende superius ⁊ erit tibi gloria coraꝫ simul discũbentib? alla. Coll'a. vtš. Cetera vt supra dominica scꝺa.

Dñica. xviij. Scꝺm

In illo tempe. (Math. xxij. c. Conuenerũt pharisei in vnũ et interrogauit ihesum vnus ex eis legisdoctor temptãs eum. Magister quod est mandatũ magnũ in lege Et reliq̃. Omel'. Beati Joh. epi de ca.

Et interrogauit eum vnus legisdoctor. magister quod est mandatum magnũ in lege. Magistrum vocat cui? nõ vult esse discipulus. Simplicissim? interrogator et malignissimus insidiator de magno mandato interrogat qui nec minimũ obseruat. Ille eñ debet interrogare ꝺ maiori iusticia qui iam minorem impleuit. Tu. Dñs añt sic ei rñdebat L. viij. vt interrogationis eius fictã conscientiã statim primo responso ꝓcureret dicens. Diliges dñm deuꝫ tuũ ex toto corde tuo. id est nõ sicut tu qui deuotionem ostendis in ore et fraudeꝫ meditaris in corde. Tu. Magnũ autem ⁊ minimũ L. ix. mandatuꝫ dicimus quantũ ad dignitatem mandatoꝝ. nõ quantũ ad vtilitatẽ. alioquin vtilitas omniũ mandatoꝝ vna est. ⁊ oia mandata quasi vnuꝫ videntur esse mãdatum quia sic sibi cohereñt vt alterum sine altero esse non possit. T.

Gratias ago ¶Cap. Cor. j. c. ꝺo meo semp ꝓ vobis in gratia ꝺi que data est vobis in christo ihesu. Deo. v. Dñe refugium fact? es nobis. A generatione ⁊ ꝓgenie Sup bñ. añ. Magister qđ est mandatũ magnũ in lege. ait illi ihs: diliges dñm deũ tuum ex toto corde

O Irigat cor (tuo alla. L Coll'. ꝺa nr̃a qs dñe tue miserationis opatio q: tibi sine te placé non possum? P. Sup magt Añ. Quid vob videt ꝺ xpo cui? filius ẽ? dicũt ei oes dauid. ꝺt eis ihs quõ dauid in spũ vocat eũ dñs dicens. dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Coll'.

¶☞Dñica. xix. (vt supra. Scꝺm Matheum. ix. capitu.

In illo tẽ. Ascendẽs ihs in nauí/

culam trāſfretauit ⁊ venit in ciui
tatē ſuā. Et ecce offerebāt ei paliti
cū iacētē ī lecto. ⁊ re. Oml'. ß. Joh.

Aſcendit ihs in nauiculam ⁊
trāſfretauit ⁊ venit in ciuita
tē ſuā. Et obtulerūt ei paraliticū
iacentē in lecto. Et videns ihs fi
dē illoꝝ dixit paralitico. Cōfide
fili dimittunt tibi pcta tua. Tu āt.
Audit veniā ⁊ tacet para ⌊T. viij
liticus. nec vllā rēdit grāz qz plus
corpis q̄ aie tendebat ad curā. ⁊ tē
porales erūnas resoluti corpis ſic
deflebat. vt eternas penas resolu
tionis aie non defleret. gratiōē ſi
bi p̄ſentē vitā iudicās q̄ futurā T.
Merito xp̄s offerentiū fidē ⌊T. iy.
reſpicit ⁊ vecordiā ſic reſpicit iacē
tis vt fidei aliene ſuffragio para
litici aīa ante curaret q̄ corp⁹. Re
ſpicies ihs fidez illoꝝ. Tu. ¶Cap̄.

Benouami ſpū ⌊Eph. iiij. ca.
mentis vr̄e ⁊ induite nouū
hoiem q̄ ēm deū creat⁹ eſt in iuſti
cia ⁊ ſctitate veritat⁹. Deo. v. Dñe
refu. Sup ßñ. añ. Dixit dñs paliti
co ꝓfide fili dimittunt tibi peccata

Oꝛps ⁊ mīcors (tua. ⌊Coll'.
ds. vniuersa nob aduerſan
tia ꝓpiciat⁹ exclude vt mente ⁊ cor
pore piter expediti q̄ tua ſunt libe
ris mētib⁹ exeq̄mur. ℣. Sup mgt
Añ. Tulit g̃ lectū ſuū in q̄ iacebat
magnificās deū ⁊ oīs plebs vt vi
dit dedit laudē do. Coll'. vtſ. Cetera

¶ Sñica. xx. (vtſ. dñica. ij.

Fil. tē. ¶Scdz (Math. xxij. c.
loq̄bat ihs cū diſcipulis ſuis
in pabolis dicēs. Sīle factū eſt re
gnū celoꝝ hoi regi q̄ fecit nuptias
filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos voca
re inuitatos ad nuptias. et nole
bant venire. Et reliq̄. Omel'. beati

Extuz leōnis (Grego. pa. ō.
euāgelice frēs kīmi ſi poſſuz
mus ſb breuitate transcurré vt in
fine ei⁹ valeā ad loq̄ndum largi⁹ va
care. Sed q̄rendum pri⁹ nob eſt. an
h apud mattheum ipſa ſit lcō q̄ apō
lucā ſub appellatiōe cene deſcribit
Et quidē ſunt nō (Tu. ⌊Le. viij.
nulla q̄ ſibi diſſona vident. qz h prā
diū illic cena memorat. Hic qui ad
nuptias nō dignis veſtibus intra
uit. repulſus ē. illic nullus q̄ intraſ
ſe ōr repulſus eſſe phibet. T. L. iy.
Qua ex re recte colligit. qz h per
nuptias pñs eccl'ia. ⁊ illic p cenam
eternū ⁊ vltimū ꝓuiuiū deſignat.
qz h̄ac nōnulli erituri intrā ⁊ ad
illud q̄ſquis ſemel intrauerit vlte
rius nō exibit. Tu. ¶Cap̄. Eph. v.

Videte quō caute ambuletis.
nō q̄ſi inſipiētes ſz vt ſapien
tes redimētes tp̄s. qm dies mali ſt
Deo. v. Dñe refu. Sup ßñ. añ. Di
cite inuitatis ecce prandiū meum
parauī venite ad nuptias ōr dñs.

Largire q̄s dñe fidelib⁹ ¶Coll'.
tuis indulgentiā placatus ⁊
pacē. vt piter ab oīb⁹ mūdent⁹ of
fensis. ⁊ ſecura tibi mēte deſeruiāt.
℣. Sup mgt añ. Nuptie q̄dez pa
te ſūt ſz q̄ inuitati erāt nō fuert di
gni. ite ad exit⁹ viaꝝ ⁊ q̄ſcūq; inue
neritis vocate ad nuptias ōr dñs.

¶ Sñica. xxj. ⌊Coll'a vtſ.

In illo tempe. ¶S. Joh. iiij. c.
Erat quidaz regulus cuius fi
lius infirmabatur capharnaum
Hic cum audiſſet quia ihesus ad
ueniret a iudea in galileā abijt ad

eũ ⁊ rogabat eũ vt descẽderet ⁊ sanaret filiũ ei⁹. incipiebat eũ mori. Et rel. Omel. beati Grego. pa. de.

LEctio scti euãgelij quam mõ frẽs hmi audist⁹ expositione nõ indiget. sz ne hãc taciti pteriisse videamur. exhortando poti⁹ q̃z exponendo in ea aliq̃d loq̃mur. Hoc aũt nob solũmõ ō expositõe video eẽ req̃rendũ. cur is q̃ ad salutẽ petendã venerat audiuit nili sig̃ ⁊ pdigia viderit⁹ nõ creditis. Q eũ salutẽ q̃rebat filio pculdubio credebat. Neq; eũ ab eo q̃reret salutez quẽ nõ crederet saluatorẽ. Tu aũt Quare g̃ ō: nili sig̃ ⁊ pdi LL. viij. gia viderit⁹. non credit⁹ qui añ credebat q̃z sig̃ videret. Sz memẽtote quid petijt ⁊ apte cognoscet⁹ qui fide dubitauit. Poposcit nãq; vt descẽderet ⁊ sanaret filiũ ei⁹. Corpalez g̃ pñtiã dñi q̃rebat. q̃ spũ nulsz⁹ Min⁹ itaq; p (deerat. Tu. LL. ix. fecte in illũ credit. quẽ nõ putauit posse salutẽ dare nili pñs essz ⁊ corpore. Si eũ pfecte credidiss⁹ pculdubio sciret. q: nõ esset loc⁹ vbi nõ esset ds. Ex mag̃ ergo pte diffusus est. q: honorẽ nõ dedit maiestati. sz pñtie corpali. Tu. ¶ Cap̃. Eph̃. vj.

